

unt vituperant et confundunt. immo quandoq; percutiunt et occidunt has et multas alias mirabiles incurunt melancolie passiones prout refert Gallie. et Alexander. et multi alij auctores quas quidem longum esset per singula enarrare et h; quotidie ad oculū experimur sicut nūp accidit quandam nobilem ad tantam despiciam melancolie vicio deuenisse q; modis omnibus murilegum se putabat. vnde als q; sublectis vbi catti insidiantur muribus quiescere nō valebat. forte tali pena peccatis suis exigentib; percussus fuit. Rabuchodonosor qui prout dicitur in historijs bestiam triformem sc; leonez et aquilam bouem septem annoz spatio se putabat. Hec autem de melancolia et de alijs humoribus naturalibus q;stum ad hoc pertinet opusculum. dixisse nunc sufficient.

**E**xplicit liber quartus. **I**ncepit liber quī  
tus

**D**icto de proprieatibus humorum restat aliqua dicere de dispositione membrorum que ex predictis humoribus componuntur. Et primo de proprietatibus eorum in genere. Deinde de singulis in specie dicendum est aliquid et cetera.

**D**e membris proprietatis generali. capit. i.

**N**am ut dicit aurum. Membra sunt corpora ex p̄na humorum cōmissione procreata ut dicitur super Iohannem. Membrum est firma pars et solida animalis ex similibus vel dissimilibus cōposita ad aliquid speciale officium deputata per hoc q; dicitur firma pars differt membris a parte que non est firma ut est spiritus. p; hoc autem q; dicitur ex similibus vel dissimilibus cōpositum insinuantur membrorum duplex diversitas simplicium sine consimilium et compositorum sine officialium. nam cōsimilia membra dicuntur et simplicia quorum partes eiusdem nature sunt cum toto ut quelibet pars sanguinis est sanguis et sic de alijs et huiusmodi membra sc; similia organicis et officialibus membris naturaliter sunt priora ut puta ea componentia sicut principium componens est composito prius. organica sine officialia membra dicuntur ex consimilibus generata et statuta que ad cōple-

xionem sensus et motus sunt anime instrumenta. vt manus pes oculus et cōsimilia. fuit em̄ necessariū q; in qualitate et quantitate diuersa es- sent ut actio anime completeretur natura em̄ secundum corporis instrumenta virtuti anime congruen- tia. virtutes em̄ anime sunt diuersae et ideo ne mem- brorum diuersitates sunt necessarie ut patet in manibus in quibus sunt multi digiti et in quāti- tate et in qualitate diuersi ut per eos possint ma- gna sicut minia retineri. Cum igitur sit triplex anime actio scilicet animalis naturalis et spiritu- alis. sunt membra istis operationibus anime necessariae vnde membra animalem virtutem se- quentia dicuntur animata que fuerunt necessa- ria ad sensum formandum et motum voluntari- um in omnibus animalibus sicut cerebrum ner- vi oculi et alia instrumenta sensuum. membra vero vir- tuti vitali obedientia dicuntur spiritualiter vi- talia que facta sunt propter anhelitus et vitalis spiritus attractionem et caloris mitigationem et vite conseruationem ut cor pulmo et huiusmo- di. membra autem virtuti naturali deseruentia dicuntur naturalia et nutritiva quorum quedā sunt nutritiva. que sc; cibum in membrorum sub- stantiā trāsmutant. sicut stomachus epar et hu- iusmodi. quedam vero sunt generativa ad con- servatiōnem speciei ut sc; specificarentur gene- ralia et individualiter specificata. Cu; em̄ oia in dividua cōsumantur nōcē est ut per vim ge- nerativam ne penitus pereant reparentur et sic in esse specifico saluentur. Habent autem hec membra sibi alia deseruentia et adiuvantia mu- tuū em̄ membra sibiūcē subministrant. Hec autem membrorum subseruentium utilitas est multiplex sc; preparatoria. purgatoria. defensio- ria. deportatoria. Prima itaq; sunt p̄parato- ria sicut organa sensuum deseruent cerebro cor- di. pulmoni. epati. stomacho. et cetera instru- mēta cibabilia. Secunda sunt de portatoria sicut sunt nervi qui suscipiunt spiritum animalem a cerebro et deferunt ad singula membra. ad mo- tum et sensum faciendū. Similiter et arterie de- seruent cordi et vene epati. nam spiritum susci- piunt arterie a corde et deferunt ad pulsū fa- ciendum. et vene sanguinem ab epate ad corpū nutriendum. Tercia sunt purgatoria scilicet ea que expellunt superflua et nocua sicut forami- na narium in capite et meatus per que cor emit- tit superfluam fumositatem pulmoni ut emit- tatur. Similiter cistis fellis et splen purgāt epar a superfluitatib; colericis et melācolicis. sic renes int̄- dificāt ab aq;sis. Quarta sunt defensoria sic du- pāniculi cū craneo defendunt cerebrū a nocturnē-

to et lesione et dicuntur a phisicis dura mater et pia mater. Humiliter ossa pectoris defendunt cor. et lacerti et testudines costarum defendunt epar. Inter membra vero spinae cor est principalestimum. quia totius vite animalis est principium et calor naturalis fundamentum. Cu*ius adiuvativa sunt pulmo p<sup>an</sup>iculi. lacerti et arterie quorum motu aer ad cordis refrigerationem attrahitur et fumosus calor superfluus ab ipso remouetur. cuius defensiva interius sunt sui p<sup>an</sup>iculi diafragma et huiusmodi membrorum naturalium et nutritiorum principale est epar in quo sanguis digeritur unde corpus nutritur cuius ministerio vicina sibi membra deputantur.* Ex predictis patet quod quedam sunt membra principalia quia aliorum non emborum inferiorum sunt principia et radicalia fundamenta quedam vero sunt officia que influentiam virtutis recipiunt a predictis et ad conservationem animalis sibi unicem administrant. Quedam vero sunt similia que a Constan. vocantur omo-genea. i. simplicia et hoc ab omo quod est vnu et meros quod est pars quia eius generis sunt cum partibus suis quo ad naturam quia quilibet pars visibilis carnis est caro et quilibet pinguedinis est pinguedo et sic de alijs. Recollege igitur ex predictis quod membra nature artificio ordinata sunt corporis animati perfecta. sunt etiam influentie et virtutis ab anima receptiva. Item quadam mirabili proportione armonia ea pariter sunt coniuncta. Nam minora maiori bus et maiora minoribus nervis et alijs ligamentis pariter coaptatur. Item sibi mutuo sunt ad ministrantia. et suarum virtutum et operationum pariter communicantia. Nam superiora inferioribus administrant influentiam et gubernatorem inferiora superioribus suportationem. Media vero vtrisq; impendant copulam et coaptatem. Oculi enim inferiora membra dirigunt et rectificant. pedes vero et crura pondus aliorum sustentant et supportant. sed manus et brachia vtrisq; adiuuant et defensant. Item membra quod diu reguntur ab anima sana permanent ad completionem sue actionis et perfectionem corporis sunt utilia. sed priuata a reginine spirituum residuo corpori sunt nocua. Item membra pure et inpturbate complexionis ad obedientiam actioni spiritus sunt abilio*rum.* Unde dicit Are sto. li. xvii. Quod caput ideo est parue carnis et etiam pinguedinis propter meliorem sensu et intellectum. Et hoc forsitan ideo est. quod spina in nervis sensibus per carnis grossitatem in suo transitu nimis impeditur. Itē tanta est connexio inter membra.

bra. quod propter mutuam adiuvicem colligantia sibi mutuo compatuntur. Unde membrum minus compatiens cōdolet amplius patienti et si unum membrum lesionum fuerit. ad locum doloris confluent humores aliorum membrorum sic dicit in amphor. Dolor membra maior superueniens. dolorem alterius membra denigrat et eius diminuit sensitatem: ut patet in freneticis quibus si fortiter brachia ac crura constriguntur dolor capitum diminuitur. quia ad constrictum membrum confluent spiritus et humores ex quo superius caput alleuiat. Itē membra quāta sunt nobilioris substantie et compositionis vehementi et citius sentiunt molestiam cuiusq; lesionis ut patet in oculo qui granus leditur puluē modo q; manus vel pes magno vulnere. Et hoc accidit propter oculi nobilitatem. quia in eo spiritus sensibilis plus dominatur. Unde lesio quantumcunq; modica in iuncturis membrorum in sensibilibus nervis maxime est nocua quia per impedimentum talium membrorum potissimum et citissime impeditur virtus sensibilis et motia et dissolutus totius corporis armonia. Itē in membrorum procreatione ex errore nature aliquando accidit quod membra sunt superflua et monstruosa sicut dicitur libro animalium. xvij. Quod sepe sunt visa animalia habēta vnum corpus et multa capita sicut apparuit serpens unus duo habens capita. nec hoc est mirum nisi quia rarum. quia unum ouum aliquando habet duo vittula. que tamen adiuvicē una tela sunt distincta et hoc accidit propter sursum duorum spermatorum. que diverso tempore tñ propinquō mutuo se contingunt. Et dicit idem quod ex tali uno accidit membrū monstruosum sicut pullus habens unum corpus et quatuor pedes et quatuor alas habere est visus. et hoc ref. ibidem. hic error monstruosus maxime habet locum in oubus et in capris et in animalibus multorum filiorum. Et ideo dicit quod visus est caper habens in cruribus cornua in antiquis temporibus. Ista autem monstruositas in membris superfluis generaliter accidit ex superfluitate materie et defectu virtutis informatiae. ut dicit idem in eodem. Unde debemus estimare quod ista monstruositas in membris accidit ex materia. quando vero fortis est virtus operativa et materia est modica. vel occasione aliqua diminuta. tunc quidem contingit multa apparere membra. sed in omnibus incompleta. quia virtus propter defectum nature completere non potest quod intendit sicut dicit idem virtus operativa forte operans operat. nichil perfecte scilicet vel cōplete. Ang. at recitat in li-

de ciuitate dei ca. viij. Cenocephalos esse homines monstruosos capita canina habentes et vocis loco latratus emittentes. alios autem sine cervice oculos habentes in humeris. Narrat insuper idem. Quod temporibus suis natus est puer qui in superioribus membris erat duplex. in inferioribus simplex. Nam duo erant capita et duo pectora quatuor manus. ventre autem unus et pedes duo et multa alia recitat ibi Aug. In quibus omnibus error nature designatur. Item inter ipsa membra quo ad dignitatem et ordinem magna differentia est. Nam quedam sunt tribuentia ex se et aliunde non suscipientia. sicut cor quod nihil ab aliis suscipit sibi. Et tam alii vitam et motum distribuit et diffundit. Et sunt quedam que sunt distribuentia et suscipientia sicut epur et cerebrum suscipiunt vigorem a corde et sunt principia virtutum quia alii administrant membris. Sunt etiam membra nec distribuentia nec suscipientia sed sunt innata propria virtute sibi opinione medicorum sicut sunt membra consimilia. Et sunt membra suscipientia et non tribuentia. sicut sunt membra instrumentalia que recipiunt a cerebro virtutem sensitivam vel motu et quandoque virtus. sed susceptam virtutem ad alia membra quantum est de se vterius non diffundunt quia oculus non potest visuam virtutem quam recipit a cerebro dare pedibus vel manibus vel alicui membro. nec auris audientiam et sic de aliis. Et tam ista membra corpori maxime sunt necessaria. quia per officia sibi appropriata sunt omnium aliorum membrorum corporis regititia nisi forsitan in suis actionibus fuerint casu aliquo impedita. sicut quando lesa sunt vel corrupta. Hoc autem proprium habent omnia officialia membra. ut pro principalibus membris periculo se exponant ut est videre. quod manus pro defensione capitum vel cordis sine omni deliberatione naturaliter se opponit. Item membrum bene sanum etiam membro infirmo subuenit. et materia morbi ad se attractando purgare vel alleuiare membrum morbidum consuevit. vnde membrum sanum pronon sano sepius lesionum fuit. membrum vero si purum fuerit aut mortuum sibi et toti corpori enocium. Et ideo non restat nisi ut abscedatur ne corrumpt aut destruat totum corpus. Et huius membris in generali non sufficiant et cetera.

**D**e proprietatibus capitum. c. ii. Sequitur rubrica

**S**equitur secundum capitulum. **P**ter membrarum principalia hominis. primo a proprietatis capitis inchoandum est. Est autem caput prima pars et principalis inter omnia membra corporis exteriora. quo ad situm et effectum optinens principatum. Est autem caput a capiendo dictum ut dicit Isid. li. x. cap. ii. eoque omnes sensus et nervi inde initium habeant et capiant. atque ex eo omnis vigendi causa et scientiæ ratio oratur. In capite enim omnes sensus apparent. vnde et ipsius animus que consult corpori quodammodo personam gerit Isid. Est igitur caput sedes sensuum principium et origo omnium sensuum organicorum animalis virtutis proprium domicilium. diffundens et transmittens ad omnia membra inferiora sensum et motum. habens septem foramina que sunt sensum instrumenta. et hec sibi aliquos septem planetarum orbibus correspondent. Caput itaque dignius et nobilissimum est omnibus membris quod regnum et gubernaculum totius corporis ei influens perfectionem virtutis ad suas peragendas sensibiles actiones. Et ideo a natura caput situm habet in corporis summo ut regat ordinem et disponat omnia que sibi nature ordinem sunt sub ipso. Hic enim dicit Hal. super teg. Hal. Dispositio capitis totius scitur ex tribus scilicet ex quantitate eius et figura et quod est ex ipso et ex capillis. Nam caput debet esse medium et mediocre inter magnum et parvum et ad alia membra in quantitate proporcionatum. Caput enim si fuerit nimis parvum est illaudabile. Ignat enim defectum materie et debilitatem virtutis formatum parviter si fuerit nimis magnum non erit laudabile. Nam ex defectu virtutis operatim et superfluitate materie hoc procedit ut dicit Hal. Item figura capitis est rotunda et hoc propter passibilitatis et lesionis amotioem et propter receptionem medalle cerebri ampliorum. Est tamen caput oblongum et circa tempora aliquantulum planum. Nam perfectio boni capitis est quando in rotunditate disponitur ad similitudinem globi terrei inter manus et ligata duo compresi. Talis enim globus est rotundus et tamen aliquantulum in virga latere erit planus. In parte enim anteriori aliquantulum est acutum et elevatum et hoc ad retinendum ventriculum cerebri in prora capitis ex qua procedunt nervi quinque sensus facientes. Humilius pars acutus a parte posteriori propter receptionem ventriculi in pupi ex quo procedunt me-

dulle spondibiles et nervi motum facientes voluntarium. Item signum bonitatis capitis est quando perfecte dispositionis sunt illa que ex ipso sunt et sibi immediatus coniunguntur ut si collum fuerit forte et mediocriter grossum et omnes nervi fortes et magni fuerint et boni motus. Humiliter ex capillis de capite procedentibus noscitur caput. Nam si eorum qualitate et quantitatem velocitatem sine tarditatem crescendi de complexione capitum et interiori eius dispositione iudicatur. Nam si capilli multi et cespitoso nascentes post partum calorem signant capitum et humorum. Et econuerso sicut dicetur inferius de capillis. Capilli enim bene dispositi quod diu adherent capiti ipsum custodiunt decorat et defendunt. ablati vero et a capite omnino precisi ipsum turpe reddunt. ut patet in allopia et in decalynatis. Item caput ex multis ossibus constituitur et hoc propter cerebri defunctionem. Non substantia cerebri tenera est et mollis. Et ideo de facilis ledereatur. nisi per interpositionem crani et aliorum ossium alesione extrinseca tueret. Item caput aliquid habet de carnositate et hoc fuit necesse ad temperamentum ossium et nervorum ne forte frigiditate nimia ossium teneritudo cerebri occasionaliter ledereatur. Caput tamen in sua compositione parum habet carnositatis et pinguedinis respectu aliorum membrorum. Et hoc propter sensus vivacitatem et iuuentuz intellectus. Aristoteles libro. duo decimo. Item caput quodvis in partium suarum compositione multam videatur habere duritatem et potissimum in ossibus multum tamen interioris habet de mollicie et medulla. quia mollicie ipsius cerebri inter ossa capitum inclusi tota corporis machina irrigatur. Item caput ex sua compositione prima multum est nervosum. et hoc fuit necesse propter ossium dissimilitudinem coniunctinem et etiam propter sensus et voluntarii motus operationem. Nam per nervum medium. anima motum et sensum in corpore operatur et sicut nervo descendente a capite. membrum membro nullatenus copulatur immo si impediatur virtus effluens a capite per nervorum vicum et corruptelam. tocius corporis dissoluitur unitas et compago. Ita caput tocius corporis est caminus sive rectum sive coquulum. et ideo multorum fumositatum ascendentium de toto corpore est in se receptuum. fecit itaque natura totam substantiam capitum porosam occulte et manifeste. Occulte ut per occultos poros occulte. fumositatum superfluitates euacuarentur. Manifeste ut per eminctoria et foramina manifesta

ostiora ne caput ledereatur purgarentur. Ita aliquae sunt capitum proprietates quandam defectum nature representantes sicut patet in capitibus monstruosis. Dicit enim Aristoteles libro duodecimo. quod aliquando contingit unum esse cor in animali. et tamen apparent duo esse capita. vel plura membra. Et etiam econuerso aliquando videntur duo esse corda et alia membra. et tamen non est nisi unum caput. sed hoc totum est monstruosum. Et hoc non accidit nisi ex errore materie vel ex superflua natura vel ex virtute defectiva sicut dicit Aristoteles libro. xvij. ubi dicit causa monstruositatis talis non est nisi in materia. Et sequitur. Talis monstruositas inuenitur in animalibus generantibus multos filios. sed in mulieribus raro. nisi in mulieribus egypti que multos pariunt filios plus quam in alijs regionibus vel quam aliarum regionum mulieres. nuli ubi alie mulieres mulieribus egyptiacis sunt similes. Item caput cum sit radix tocius corporis et omnium corporalium virtutum primum et principale fundamentum. ipso bene disposito et ordinato omnia que sibi sublunt. in meliori consistencia disponuntur. et ipso versuice corrupto et corruptionis synthomata paciente. omnia inferiora corporis membra necessario patiuntur. Datitur autem caput aliquando ex causa intrinseca sicut ex illis passionibus que nascentur ex ipso cerebro et adjunctis eius ut patet in cephalicis. freneticis. epilepticis. et huiusmodi. Aliquando vero patitur a causa extrinseca sicut ex aeris frigidi et calidi sive ales distemporati mutatione sive qualicunque alia ratione. Item quandoque ex aliorum membrorum colligantia et associatione ut patet. Nam ex stomacho humoribus corruptis. replete fumositates resolutatione vicinitatis cerebrum petunt. et concavitates si quas inueniunt vacuas replentes. pelliculas cerebri comprimit et distendunt. Et sic pungendo. cerebri pelliculis dolorem inferunt et includunt. Item idem accidit ex nimia inanitione et abstinentia ut patet in nimis abstinentibus et vigilantibus. quia ut dicit Gallienus. longa vigilia generat dolorem capitis. Item idem patet ex nimia repletione. sicut accidit ebriosis qui ex vino et superfluo fumo a vino soluto cerebrum petente et pungente. maximas experientur capitis passiones. Dicit etiam Constantinus quod omnis dolor capitis ex stomacho alleviatur. quando stomachus exinanitur. augmentatur antem quando stomachus repletus cibis in malas qualitates immutatur. Item sicut dicit Aristo. li. xij. Natura ordinavit capite sen-

sus et instrumenta sensuum sive eorum dignitatem et sive animalis necessitatem. Et ideo posuit oculos in anteriori parte capitis et superiori. quoniam animal debet videre quod est anterius quia sensus visus subtilior est et nobilior. Organa autem auditus possuit natura in medio capitis rotundi quoniam auditus non audit directe sed circumquaque. Sensus vero olefactus possuit natura post oculos quasi medium inter visum et gustum. nam ille sensus visu est grossior. gustu vero subtilior. ultimo ponitur lingua quae instrumentum gustus et tactus quorum operatio est circa substantiam magis grossam. Unde sensibus sic ordinatis caput est perfectum et totius corporis perfectio et ornamentum. Et sic dicit Areb. ibidem. Quid fuerit ita ab initio posita instrumenta sensuum in capitib[us] quadrupedum et brutorum quoniam quiricole talium animalium sunt in parte superiori capitis et apparerent ita quod tale animal non esset rectum neque eleuati corporis sed ad terram declinatum. Deniat etiam quandoque natura et errat in quibusdam monstruosis hominibus. Qui dicunt etiam habere videlicet totum corpus hominis preter caput. Nam belvini habent faciem sive caninam ut narrat Solinus. Similiter errat natura in quibusdam animalibus monstruosis sicut patet in lamia que sive glosam super trema. Caput virginum habet corpus belunum. Et dicitur quod quando lamie volunt aliquem hominem comprehendere primo muliebri facie ei blandiuntur et secum coherēcōpellunt usque ad defectum. et quando rōterius earum libidini non potest satisfacere ipsum dilaniant. et tunc eum mortibus interficiunt et manducant.

**D**e cerebro. **C**apitulum.ij.  
**C**erebrum ut dicit Constan. in pantegni. li. ij. cap. xiij. Est corpus album et sine sauguine de spiritu et medulla habens multum. In cellulis tribus est distinctum. Nervorum totius corporis est principium. Infra duas pelliculas scilicet piam matrem et duram est contentum. In summitate capitis tanquam in excellentiori loco corporis collocatum fuit autem cerebrum naturaliter album ut similitudinuz cuiuslibet corporis esset facile susceptivum. Habuit multum de spiritu ut multus in eo esset in otus. Habuit etiam multum de medulla ut caloris acumen generatum ex motu temperaretur. Parum vero habuit sanguine. ne eius colore inficeretur et sic omne apprehensum rubrum esse videretur. Ideo eti-

am fuit sine sanguine humidum ut cito in natum sentiendi mutaretur ut dicit Constan. Ex tribus autem cellulis est distinctum. quia cerebrum tres habet concavitates que ventriculi a phisicis nuncupantur. In anteriori cellula sine ventriculo formatur imaginatio. in media ratio in posteriori memoria et recordatio. Lognomy natur autem pars anterior propra posterior per puppis vocatur. Puppis minor est. quia paucius nervi ab eo procedunt. Et est puppis dura ut nervi motui motum facilis paciantur. Frigida etiam est et secca ut in ea melius fieret retentio. param habuit de spiritu ut fieret quietis generatio. par habuit de medulla. respectu anterioris ut esset mediocriter dura et sic forme impressio diutius in ea teneretur. Propra vero scilicet pars anterior est maior calidior et liquidior. Major ut nervi sensibiles ab eo procedant. Molles ut sensibiles nervi ad susceptionem sensus facilius disponantur. Calidior ut ad susceptiones forme imaginative aptior redderetur. Liquidior et humidior parum ut nervus sensibilis facilis moueretur. Cellula vero inter propram et puppim media calida est et humida. plus ceteris habens de spiritu et medulla de spiritu plus ut perfectior fieret in ea per rationem discretio sicut in alijs membris sit per digestiōem puri ab impuro separatio. Multum habuit de spiritu ut multus fieret motus et multum de medulla ut temperaretur motus anime ut sic melius discerneret concepta. In istis tribus celluli sunt tres operationes principales. quia in prima forma sensibus apprehensa in fantasia sive imaginatione recolligitur. Deinde ad medianam transmissa discernitur. tandem post iudicium rationis ad ventriculum puppis transmittitur et memoria commendatur. fuit autem cerebrum rotundum ut capiatius sit spiritum et ne facile paciatur. Ad defensiones autem cerebri fuerunt necessarii duo panni qui vocantur matres cerebri. unum grossum scilicet dura mater. Hic craneo supponitur sed in medio cerebro integratur. et ad maiorem fortitudinem solidatur. non tamen immediate cum crano coniungitur immo potius suspenditur. et hoc atque illuc circa cerebri substantiam dilatatur. Hec dura mater fuit necessaria ut piam matrem que ea tenerior est a duritia crani defensaret et ut venas et arterias cerebri colligaret et etiam si qua essent ibi spacia vacua illa impletet. Secundus pannulus dicitur pia mater. que dure manus circunvolvit et per dictas cellulas abiuntes sepat et discernit nec superfluit pia mā. quod cerebri

**i**nterioris venas recolligit etiam cerebrum. ne sua liquiditate diffluat coadunando custodit cerebrum etiam cooperiens et amplectens ipsum a dura matre defendit. **I**nsuper per venas quas habet cerebrum nutrit et per arterias quas continet spiritum ei transfundit. **C**erebrum etiam est membrum mouens et regens omnia membra corporis inferiora singulis sensum largiens atque motum. quo impedito omnia i corpore impediuntur et bene se habente omnia que sunt in corpore melius disponuntur. **H**abet autem cerebrum hoc proprium quod sentit et sequitur motum lumen. qua crescente medulla cerebri crescit et decrescente diminuitur in substantia et virtute. **N**am tunc seipsum contrahit et animali spiritui ita libere non obedit et hoc patet in lunaticis et in epaticis qui in novilunio et plenilunio potissimum molestantur. et hoc idem est quod dicit **A**ristoteles libro duodecimo de signis videlicet bonis et malis cerebri. **C**erebrum inquit quantum eradicatur vel humectatur non faciet suum opus. **S**ed infrigidat corpus et similiter etiam liquefacit ipsum spiritum. **E**t etiam ideo accidunt infirmitates et amissio intellectus et tandem mors. **I**tem animalia nimis magnum cerebrum habentia sunt multisomni et hoc forsitan accidit propter humiditatem multam que inde resoluta in fumum opilantem meatus cerebrum dicit somnum. **I**tem **A**ristoteles ibidez. **C**erebrum non habet in se sensum tactus sicut nec sanguis nec alie superfluitates animales et non est in corporibus omnium animalium nisi ad suauitudinem naturam et quod mirum est cerebrum omnibus corporis partibus sensu tribuit et tamē de se et in se nihil sentit. **I**tem ibidem sentit idem. omne animal habens sanguinem habet cerebrum vel aliud membrum conueniens loco eius sicut animal multiplex et sibi simile. et quoniam sit in omni animali sanguinem habente nihil tamen sanguinis continet in substantia medulle sue sicut dicit **A**ristoteles libro tertio. **I**tem **A**ristoteles libro xvij. **C**erebrum est frigidum substantialiter et humidum et ideo fonte caloris animalis scilicet cordi est oppositum ut scilicet humectetur et temperetur superfluitas caloris et siccitas arteriarum ex quibus rethe cerebri est contextum ex corde procedunt arterie sicut dicit **H**alij ex quibus componitur rethe mirabile in quo quod si in uoluitur cerebrum et in illo rheti digeritur spiritus animalis et per ipsum spiritum fit penetratio virtutum cerebri ad alia membra. **E**t hoc ut dicit **A**ristoteles ibidem. **C**erebrum est primum membrum in creatione animalis post cre-

ationem cordis. **G**alilei tamen dicit quod cerebrum bene complexionatum debet esse in quatuor qualitatibus temperatum. sed sicut ibi dicit **H**alij. **C**omplexio cerebri naturalis magis esse debet frigida et humida quam sit calida sine sicca quod sit necesse ad infrigidationem predicti rhetis et ad mitigationem caloris accidentalis cerebri quod accidit ex assiduitate sui motus. **I**tem **A**ristoteles libro xv. **H**omo inter omnia animalia sine quantitate maximum habet cerebrum quia cor maximus est calor. unde propter caloris dominium et bonitatem complexionis est homo boni intellectus et intelligentior cunctis animalibus et non possunt infantes longo tempore portare caput rectum propter cerebri magnitudinem et ponderositatem donec a calore cordis medianibus arteriis a suo pondere alleuetur. bona vero cerebri dispositio sicut et mala per suas cogitationes. **N**am si fuerit substantia cerebri mollis clara ac peruvia defacili recipit formam impressiones et sigillationes. **A**nde propter velocitatem sigillationis formarum rerum. est habens eam bone et velocis discipline. quando vero econuerso est non mollis vel turbida habens eam durius et tardius recipit impressionem et impressiones. **S**ed tamen cum recepte fuerint receptas diu seruat quod est signum siccitatis sicut fluxibilitas et labilitas signum est humiditatis. ut dicit **H**alij. et sic de alijs qualitatibus intelligendum est verbigratia. **S**i quis fuerit solitus consuetudinaliter mobilis instabilis audax iracundus. calidum cerebrum videtur talis habere. econuerso se habens frigiditatem pertendit. **S**i vero fuerit piger obliuiosus sonolentus humidum nimis designat. **E**t etiam econuerso si fuerit multum vigil et memoria tenet designat siccum. **S**i vero excedens fuerit cum caliditate humiditas multe fiunt superfluitates et multe accidunt capiti infirmitates. nocent autem calida et humida et potissimum meridionalis aer et consert septentrionalis adeo somnium multus tali nec potest longo tempore vigilare et quantum dormit accidit ei subiectus. i. quies falsa. visus hinc turbidus et sensus non claros. **S**i vero excedens cum caliditate siccitas peccata accidunt sinthomathae nisi quod tot superfluitates non generantur. sensus siquidem habent tales sat et claros et a superfluitatibus modos. sed plenus vigilat quam alii hoies et sunt animosi vaniloquii et instabiles et cito accidunt talibus calnicium per adolescentiam quoniam in eis processerunt multi crises. sicut si excedens frigiditas cum siccitate solet tales habere claros sensus et modos metu et a superfluis inquietute et omo sine infirmitate sed quantum praeditas etas de leui causa debilitantur et ve-

lociter senectus festinat et appetet cito in capite  
qua eis adueniunt. cito canit. et si fortior sit s. citas  
qz frigiditas cu canicie efficiuntur calui. si vero  
fortior fuerit frigiditas calnicies non accedit  
quando no excedit frigiditas cum humiditate  
accidit profunditas somni et sensus eius sunt  
mali et superfluitates multe et si intendat frig  
aut humiditas patiens incidit in apoplexi vel  
in paralysim vel in mortem et non accidit habet  
tibanc dispositionem caluitum ut dicit Haly.  
in tegn. et in commento dicit idem Haly. Et  
hec de proprietatibus capitatis scz et cerebri di  
cta sufficiant.

De caluaria.

Capit. iiiij.

**C**aluaria est ante  
rioz pars carni ab ossibus carnis sic  
dicta propter capillorum defectionem  
et neutraliter pronunciatur. Unde dicit Isidorus  
libro. xi. ca. i. sic vertex dicitur superior pars  
capitis exterius ubi capilli capitis colligantur  
et in qua cesaries vertitur unde et nuncupatur.  
sic occipitum dicitur pars capitis posterior. q.  
contra capitum. caluaria capillis spoliatur ci  
to propter eius siccitatem. vertex tardius. occi  
put tardissime sive nuncupatur humoris su  
perfluitatem. De capillis autem que infra eo  
dem.

De oculis.

Capitul. v.

**O**culi ut dicit ysi  
dorus in libro. x. ca. i. quasi occulti se  
dicti. quia enim eos ciliorum tegmi  
na occultant. ne qua incidentis iniurie offendio  
ne ledatur. Hinc etiam ideo quia occultum lu  
men et secretum positum intus habent. Hinc  
inter omnes sensus sunt anime magis viciniores.  
Nam in oculis omne iudicium mentis est. Un  
i me perturbatio vel hilaritas in oculis apparet  
similiter amor vel odium et cetera passiones dicu  
tur et lumina qz lumen exterius accipiunt et ac  
ceptum comunicant et refundunt. Sunt autem  
oculi instrumenta visus ut dicit Constant. Et  
sunt duo ut si forte unus pateretur eius defectus  
per alterum suppleretur. et quoniam oculus est lo  
co spectator ideo locavit natura oculos in emi  
nentiori loco corporis. Sunt autem oculi decē  
cause ipsius sustentiam componentes scz septē  
tunice et tres humores. Inter humores vero p  
mus albugineus. secundus crystallinus. tertius vi  
treus. Septem autem tunice sunt septem pelli  
cale sive tele. que circundant illos humores et

abinuicem distinguuntur in quibus vel in quo  
rum medio formatur visus et sic sunt a natura  
inuicem ordinate qz quatuor a parte sunt ante  
riori. quarum prima dicitur tela aranea. secun  
da vuea. tercia cornea. quarta punctua. Tres  
vero sunt a parte interiori scilicet rethina secun  
dina et sclerotica id est dura ut post patebit. In  
ter hec autem omnia unum solum est visus in  
strumentum scilicet humor crystallinus a cristal  
lo sic dictus quia cristallo in colore assimilatur.  
Est igitur crystallinus humor sicut Constant. al  
bus lucidus clarus in superficie planus. in me  
dio omnium aliorum collocatus et hoc ideo ut  
ei ab alijs omnibus equaliter serniatur. Fuit eti  
am perius clarus et dyaphanus ut citius i op  
positos colores transferretur et ad omnium co  
lorum indinter similitudinem immutaret. Fuit et  
rotundus informa et in substantia ut non facile le  
deretur nec in eius angulis superflui aliquod  
colligeretur unde casualiter pateretur. Sed ne  
nimia rotunditate nimis esset mobilis habuit  
aliquam planiciem ut ad moderantiam eius ve  
locitas duceretur. nam omnis res que penitus  
rotunda clisa in sua latera instabilis est et non fir  
ma ut dicit Constant. qz autem per istum hu  
morem habeat fieri visus patet per hoc qz si ali  
quid inter ipsum et spiritum visibilem includere  
tur ut humor vel aliud accidens actus videndi  
auferretur cum spiritus visibilis ad ipsum pe  
netrare propter obstatum. non valeret. Oritur aut  
humor iste a partibus cerebri superioribus pu  
ris perius et dyaphanis et hoc proprie est pu  
pilla sive medius oculi punctus ubi est proprie  
vis videndi ubi nobis propius videntibus re  
lacent quedam imagines velut in speculo appa  
rentes. sed de hoc infra dicetur. Hic autem hu  
mor in medio aliorum duorum collocatur scili  
cet vitrei et albuginei. Vitreus autem humor  
a parte interiori collocatur. Albugineus vero a  
parte scz anterozi collocatur. Vitreus at humor  
ad modum vitri purus est et perspicuus et ara  
bice dicitur gelados cuius iuamen est duplex  
primum et principale est quoniā sanguinem nu  
tritum crystallinum humor suscipit et de  
albat et aptat et sic facile conuertit in substantiaz  
crystallini. non enim fuit conueniens ut tampus  
humor impurum susciperet nutrimentum quod quidem fieret si sanguis rubeus non  
digestus non dealbatus non subtiliat crystalli  
no humor occasione aliqua se misceret. aliud eti  
am ē iuamentum. ut prohibeat humorum cri  
stallinum a contactu et asperitate tunicarum q  
respectu ipsius dure sunt plerunque atque grosse

similiter vero humor albugineus qui alio nomine dicitur euagaydos est a parte anteriori qui etiam dupliciter iuuat crystallinum. nam prohibet eius lesionem et in sua humiditate temperat crystallini siccitatem cum albugineus sit humor in oculis magis humidus et crystallidos sit magis siccus. spissitudine sua etiam aliquantulum spiritum visibilem aggregat et confortat. Iste tres partes oculi licet vocentur humores non tamen sicut veritatem sunt humores quia non sunt liquidi et fluxibles ut humores sed maiorem longe habent in se humoris densitatem sunt etiam corpora vegetata et habentia virtutes innatas quod alicui humorum non conuenit. dicuntur tamen humores propter maiorem molliciem et perspicuitatem quam habent supra cetera membra corporis et magis sunt obedientia quam alia organa sensibilia actioni animalis spiritus et virtutis. Huius humores ne pariter commisceantur tunicis interioribus et exterioribus ab invicem separantur. ordinantur igitur iste septem tunice in hunc modum. nam iuxta crystallinum humorem a parte interiori immediate est tunica que dicitur rhetina que a venis et arteriis pie matre est orta et contexta in modum rethinis portans secundum cibum ad vitreum humorum et cum suis nervis sensu ad crystallinum transmittit. post rethinem vero immediate sequitur tunica secundina ab ipsa matre generata que rethinem nutrit et defensum ne rumpatur casu aliquo antecedatur. tertio sequitur tunica que dicitur sclerotica id est valde dura a dura matre cerebri procedens a duritia ossis omnia alia defendens. et est quasi ligamentum oculorum. a parte vero anteriori immediate iuxta crystallinum humor est tela aranea sic propter sui subtilitatem dicta ut esset spiritui peruvia ex subtilioribus partibus rethine tunice generata. hec autem tunica posita est inter crystallinum et albugineum humor probibens eos commisceri. Hec tunica scilicet aranea coniuncta cum interiori rhetina primum facit orbem. Nam hec tunice intra se claudunt humor et crystallinum. post hanc sequitur tunica vnea sic dicta. eo quod vne nigre assimilatur in colore et hoc sano nature consilio. nam oia predicta in compositione oculi erant alba et clara et spiritus visibilis disgregativa et ideo necessaria fuit tunica vnea ut sua nigredine lumen in oculo aggregaret. Nam nigredo est congregativa vilus. Hec etiam tunica ad modum spongie est quod animodo porosa et villosa. nerorum sicut constat. continens fila. ut crystallinum humor a superflua humiditate depuraret et spiritum circu

cultantibus alijs ministraret. Hec tunica vnea a parte anteriori cum tunica secundina in parte interiori coniungitur que coniuncta faciunt secundum orbem. claudentes albugineum humor quem illic collocavit natura ut spiritus clarefaceret et crystallino humoris humiditatis naturam ministraret. Post hanc immediate sequitur tunica que ab effectu dicitur cornea. quod corru luclido est simillima unde et peruvia est. Et spiritus visibilis ratione sue transparentie et ratio ne aliquantule densitatis sue est aggregationis visus aliquantulorum comparativa. Ratione enim sue fortitudinis et coadherentie a nocturnis exterioribus est interiorum minus fortium defensiva. Et hec tunica que dicitur cornea. est interior secundum sclerotice puncta et aliud facit orbem. Nam hec tunice secundum exterior cornea et interior sclerotica virtus humoris orbiculariter in se claudit ultimo autem in superficie oculi exterius ponitur coniunctina que a craneo descendens non tollit igit oculum. Sed consistit in angulis oculorum. eos secundum ligans et retinens ut in debita maneat fixione.

### De dispositione oculorum. Capitulum. vi.

**H**oc dispositum et perfecte organizatum. defertur spiritus visibilis per hunc modum. A procta enim id est ab anteriori parte cerebri. exirent duo nervi concavi qui dicuntur obtici. qui in substantia crystallini humoris sefigunt bi duo nervi concavi transuersaliter per modum crucis infiguntur in oculis et terminos sine punto contactus coniunguntur et hoc ingeniose fecit natura ut altero clauso et impedito spiritus vitalis ad alterum se transferat et ibi perfectus suam compleat actionem. unde tunc pupilla videndi actu confortatur propter virtutis visus coadunationem et patet in sagittariis quod uno oculo clauso. directius iaculatur et sagittatur. Item ideo etiam pariter connectunt spiritus vitales ut scilicet ex mutua sustentatione efficiantur fortiores. Item ideo etiam conueniunt in termino contactus. ne unum duo videatur. quod etiam fieret. si veterum oculus proprium ydolii diuisum videret. Unda oportet quod virtus visus continuetur ad unum organum in quo sit una virtus fontalis derivata in pupillis sicut dicit auctor prospectus ut per illis in quod digitos oculis superponatur. in quibus una impressa pupilla sicut eleveretur

vnde et spūs visibilis dividitur. et una res duplex videtur et hec est causa quia lumen ab uno oculo tendit sursum. et ab altero recedit retrosum. vnde radius ab utroq; oculo exiens. tangens extrema rei mediū intercedente aere nō penetrat vnde quasi duo videt corpora. cum tñ nō sit nisi vnu. Non tñ omnis strabo videt sic qz̄ us sint oculi inaequales. qz̄ radi⁹ piramidalis recta linea egreditur ad superficiem rei vise sic sup dictum ē de sensu visu. li. iiiij. **O**culus igit̄ bñ dispositus considerat qz̄tū ad pfectā ptium suarū cōpositionem vt p̄t̄ sup. Item qz̄tū ad situatō nem. locam enī sibi vendicat superiorem. ppter sue subtilitatis dignitatē et maximam quam habet cū anima vicitatem vt dīc̄ ysi. et Arif. Itē qz̄tū ad quātitatis debitam pporcionē. nō em̄ d̄jesselim pminēs et erectus. qz̄ signat perturbationem discretionis. nec nimis profundus. qz̄ signat defectum materie et virtutis. **M**ediocr̄ igit̄ est ländabilis. Dicit tamen Areb. in li. xix. Profundus visus vide a remotis. Nam motus anteq; erat de organo visus nō dividitur neq; cōsumit. sed directe. radit radi⁹ visibilis ad res visas sicut supra patet de visu. Item considerat qz̄ ad motus diversificationem. Nam in motu deoet esse mediocris. qz̄ si fuerit ocul⁹ nimis mobilis. signat excessum caloris et pnoſſicat mentis instabilitatem et affectionū mutabilitatē. Quidam ḥo tardus motus. cōtrariā signat dispositionem sc̄z excessum frigiditatis et ptina ciam affect⁹ et voluntatis. **M**ediocritas igit̄ motus laudabilis ē. quia signat facilemēns apprehensionem et in apprehensis debitam fictionem. **V**n̄ dicit Areb. li. xij. Clausura oculi debet esse mediocrit̄ festina qz̄ si fuerit multe optionis et paucē clausure et verecūdia denotat et stulticia sicut dicit li. i. Si ḥo fuerit nimis tarda apertō designat defectus virtutis et cōpactionem manere in nervis. que actioni spūs non obedit vt p̄t̄ in litargicis. Item considerantur oculi ppter quo ad sue actionis pfectionē sc̄z si fort̄ s̄ ē apprehensionis et defacili sine reverberatione iudicat de obiectis bonam dispositionem significat vt patet in oculis aquilinis qui solem in sua rota apprehendunt. Actio aut̄ oculi consideratur bñ acutū et obtusum. Nam cuius visus subtilis fuerit et multis remota et p̄pinq; apprehēdit. quia multis videt remota quia ḥo subtilis est discernit. ip̄a visa. **O**culus enī parui visus sicut di. Arif. li. xix. n̄ bene videbit a remotis. spiritus ḥo grossus et multis remota videt quia multis. Sed non pfecte quia grossus. paucus ḥo subtilis videt prope et perfecte. sed non vi-

det alonge. propter spūs visibilis paucitatem qz̄ cum videt pfecte videt. ppter eius subtilitatem. **H**anc ḥo et ḡlus n̄ vidz̄ lōge et b̄pp̄t̄ sui paucitatem neq; et videt pfecte propter sui grossitudinem. **S**cđm vero qz̄ quis habet spiritum visibilem magis grossum et turbidum. tanto difficultior est et debilior est actū videndi. Itē consideratur oculus bñ coloris variatiōem qz̄ bñ. Areb. li. xix. Oculi in principio generatiois habent viridem colorem deinde mutantur in gredinē vel glaucitatem vel quemcunq; medium colorem eis condecentem. Nam si fuerit humor multus et spiritus visibilis paucus in aliquo accidente perturbat. color niger in eos fortificatur. Si vero fuerit humor paucus et spūs visibilis debilis. exit color glaucus. Nam sic dicit Areb. Glauca quidem oculorū motus debilitatis. Si autem fuerit humor mediocris et spiritus fuerit tempatis ex causis convenientib; ad albedinem et nigredinem color erit varius. Oculi ligitur si fuerint nigri dī die erūt visus acuti. ppter luminis et humoris in orgāo visus aggregationem. de nocte ḥo erunt obtusi qz̄ lumen noctis est debile et humor nocturnus naturaliter est gravioris motus vt dicit Areb. **O**culus vero glaucus econtrario de die debilis est. de nocte ḥo fortis qz̄ cum materia glaucitatis ex se sit lucida adiuncta luci diurne multum disgregat et ideo in actu videndi manente luce spūs visibilis debilitatur. de nocte ḥo spū visibili in oculo coadunato. claritate intra humorē paucuz cōtentā nō dū ūcedēt pmanet in oculo potētia videndi et int̄ obscura aliqualiter indicandi vt patet in murilegis. Item considerat per partū circumstantium dispositionem sicut ex cilijs et super cilijs. quia si fuerint cilia coopertoria int̄ carnosā et humore superfluo repleta visum impediunt quia huiusmodi cilia aerem grossuz ppter paruitatem sui motus nō intercidunt. dicitur etiam li. i. Si lacrimale quod sequitur ad angulum oculi fuerit multe carnositatis sicut accidit oculis milui signatur astucia et fortunatio mala. Alias proprietates oculi. quere supra in tractatu de sensu visus. Et hec de oculi compositione et effectu dicta sufficient.

De pupilla. Capitulum septimum.

**P**upilla s̄m ysi. libro. xij. ca. ii. est medius punctus oculi ubi est vis videndi in qua quia pue imagines videntur pupilla appellatur. parvuli enim pupilli appellantur. **V**ocalis autem pupilla eoq; pura sit et impolluta vt puella. dicitur

autem phisici easdem pupillas quas videmus in oculis per triduum mortuorum non habere qui bus non visis certa desperatio est. Habet autem circa se quendam circulum qui corona dicitur. quo discernente per nigredinem albe partes oculi pupilla separantur. Hec corona rotunditate sui ornat ambitum pupille et in ipsa consistit maxima oculi pulchritudo. Hucusque Isid. Sic autem dicit Haly. pupilla est in qua formatur ymagines eorum que videntur in oculo. Omnia autem que sunt in oculo extunicis et humoribus aut sunt in uantia pupillarum aut ei seruentia et iacet in medio omnium ut regina. Parua siquidem est pupilla in quantitate. maxima tamen est inter omnia membra in virtute et ideo maxima. sicut et minima comprehendit interior a spiritu. de cerebro veniente. exterios vero a lumine mutantur. Unde mediante luce. rei obiecte speciem in se recipit et recepta anime iudicio transmittit. Nam a singulis partibus rei vise confluunt linee que faciunt pyramidem. cuius conus est in pupilla et basis in re visa sicut supra de visu est ostesum. Quae ibi. Hec pupilla omnium colorum et figurarum rerum superficies experimentibus est distinctiva et diuidicativa. In mediis coloribus et figuris sive formis delectatur. Corripitur autem in extremis aut saltem propter discordientiam contristatur ut dicit philosophus. Item omnia que extra ipsam sibi sunt obiecta videt et diuidicat. seipsum autem nunquam videt per lineas super quas venit species rei vise ad visum. Sed quando se videt. hoc accedit per radiorum reflexionem. scilicet primo multiplicatur species rei a se vise ad speculum et a speculo fit reflexio ad visum sicut dicit auctor perspectivae. Et ideo forsitan spiritus visibilis in aspectu speculi delectatur quia per radiorum reflexiones quasi in se reuersus fortificatur et quodammodo roboratur. Item pupilla omnia sub angulo comprehendit. quia sive radij a pupilla excent ad rem visam sive a re visa ad pupillam redeant. semper in pupille medio sine centro tamen in cono angulariter innuntur. Nam angulus duarum linearum alterius est contactus et ideo quia omnes linee per quas formatur visus innuntur et quasi angulantur in pupille cono. et ideo bene et proprie dicitur a phisico oculus omnia videt sub angulo. Item inter omnes partes corporis est maxime sensibilis et propter nobilitates sue complexionis maxime est persistibilis. Et ideo citissime ledit. sed difficilime reparatur. Et ideo dedit ei natura defendendi tunicas et cooperatoria ut sic resistat facilius carni interiori vel exteriori inferentibus lesionibus. De

bis autem oculi et pupille passionibus. quere infra in tractatu speciali libro. vii.

De ciliis.

Capl. viij.

## Cilia sunt oculo.

Rum tegmina a celando sic dicta eo quod oculos tegant et celent tuta custodia ut dicit Isid. li. xj. capi. ij. Hunc autem cilia in substantia nervosa et tenuia propter facilitatem motus quia suo motu continuo aerem intercidunt et sic a lesione aeris exterius custodiunt oculos et defendunt. Hec cilia palpebre dicuntur quia palpitando semper mouentur. assidue enim adiuicem concurrunt ut assiduo motu reficiant obtutum. ut dicit Constan. et Isid. sunt minute palpebre villis pilorū ut apertis oculis si quod inciderit veletiam occurrit repellatur et innolutis ipsis securius et quietius dormiatur. Item ut aerem mediocriter intercidendo vivificant et sic visum serenum custodian et conservent. Hucusque Isid. ca. ij. supra dicto. Nam Constan. autem palpebre habent pilos non omnino rectos sed in extremitatibus mediocriter reflexos et hoc adiuuit natura ut abilius se claudant et fortes si quod impedimentum occurreret ei efficaci obuiarent. Item hec cilia in crescendo determinata habent quantitatem a natura. et ideo eorum pilii non se extendunt nec crescent ut capilli sed determinatam portionem habent. Et ideo nam cestan. palpebre non sunt molles nec porose sed potius dure ut pilii crescentes sint duri et reflexi. et non nimis in crescendo se extedant sic herba crescentes in terra dura modicafit et erecta et non illa quia in terra molli. Has palpebras et cilia fecit nam ut esset corpori ornamenta et oculis inuameta. An dicit Aris. li. xj. quod omne animal generans solum habet pilos in palpebris et omne animal quadrupes claudit oculum per palpebram superiorē. Avis autem habet loco palpebre quoddam cooperatorium ad custodiandam sensus visus et claudit oculum per telam quandam appropriatam extremitatibus oculorum et quia natura oculi est aquæa et humida ideo indiget tali custodia. Item omnis quis claudit oculum palpebra inferiori. Item omne animal carens palpebris est debilis visus ut patet in piscibus leporibus et huiusmodi ut dicit Aris. li. iiiij. ZC.

De supciliorum proprietatibus.

.ir.

## Supercilia sunt

Dicta eo quod ciliis sunt supraposita quod ideo pilorum multitudine sunt resistit ut sint oculis inuamenta ad repellendum

3

humorem vel sudorem de capite influente. In  
tercillum vero est illud medium spacium quod  
est inter supercilia sine pilis ut dicit Isid. li. xj.  
sunt autem supercilia ciliarum inuamenta hinc  
constanterne quid nocturni extrinsecus adueniat, p  
hibentia sunt et honestantia quia nullus sine co  
rum presentia decoratur. Habent autem sup  
cilia quandam vim latentem passionum anime  
indicatiuam hinc Aris. quia cum fuerint superci  
lia recta sicut linee pretendunt feminine molli  
tatem vel anime levitatem. Ites supercilia demis  
sa et nimis pressa vel depressa signant inuidum  
sicut dicit Aris. li. i. Item supercilia elevata et in  
pilis spissa animositatem pretendunt deparpe  
rata vero a pilis et oblonga timiditatem. Ites si  
fuerint spissa et longi pili visum quodammodo  
obumbriativa excessum caloris signant. Item si  
fuerint multe carnis et paucis pilositas sensum  
durum signant et obtusum et frigiditatem in me  
bris principalibus dominantem. Item si fuerit  
pilis spoliata aut interiorum signant sanguinis  
corruptionem ut patet in leprosis aut natura  
lis humoris consumptionem ut in ethicis et simi  
lib. aut meatum et vias humor opilationem ut  
patet in castratis. Et dicuntur crescere contra  
senectutem intatu qvisum impediunt nisi re  
scendantur ut dicit Aris. li. iiij. Item dicit idem  
li. iiij. in frequentantibus coitum nimis cadut pi  
lis superciliorum vel albescunt. quod quidem ac  
cidit propter humiditatis consumptionem et propter frigiditatis ce  
rebi augmentationem. nam nimia siccitas cal  
vicias generat. superabundans vero frigiditas  
caniciem introducit sicut supradictum est.

**D**e fronte.

**C**aplm. x.

**F**rons ab oculo  
rum foraminib. est nominata ut di  
cit Isid. hec eni quanda animi ima  
ginationem. et initium mentis sua species expri  
mit dum leta vel tristis est. Hoc autem verita  
tem essentiale frons est ut dicit consta. os semi  
circulare nec multum durum nec multum molle  
quod ideo fuit necessarium ut esset temperame  
tum ne lederetur vicinitas oculorum. pelle aut  
extrinseca tuta est ad sui defensionem ad aliorum  
organorum sensibilium continuationem et ad to  
tius capitum decorationem totius enim anima  
lis virtus potissimum in fronte lucet. frons eni  
ut dicit pbs sedes est reverendie et honoris. et h  
quidem est propter vicinitate imaginative vir  
tutis. eius virtute tristia vel leta decentia vel in  
decentia rationis iudicio subito deferuntur ubi

vtiqz discernuntur. Frons itaqz omnium nervorum  
a cerebro descendenti ad sensum perficiendum  
quodammodo turris est et defensaculum infra  
cuius coenitatem descendit nervi ad oia instru  
menta sensuum inferiorum quorum ministerio de om  
nibus obiectis sensuum apud rationis domiciliu  
fit iudicium. Unde hinc Greg. Frons est dignissi  
ma pars capitis exteriorum ubi igitur carakte  
ris signum. s. signum iusticie et salutis et signaculum  
crucis quod quondam erat supplicium modo locu  
habet in frontibus imperatorum. Frons igitur bene  
disposita omnia predicta manifestat sed si fue  
nit a mediocritate degenerans alia hinc pbs  
nosticat et figurat. Dic eni Aris. li. i. qm frons si  
fuerit magna signat ponderositatem declinatam  
ad stultitiam. et qm sit inter mediocritatem parua  
signat bonitatem virtutis. Sed qm nimis eleva  
tur et quasi in superficie rotundatur excessum si  
gnat colere et tales sepe dispositi sunt ad coleri  
cas passiones sicut ad frenesim et furorem. frons  
autem respectu aliorum membrorum facie modice est  
carnositatis et pinguedinis. cuius causa est hinc  
Haly. et Aris. quia carnositatis et pinguedinis  
superfluitas impedit intellectum. Et iō nimia  
carnositas in fronte cu quadam reluentia et ex  
tensione cutis signum est corruptionis. ut pbs hoc  
in leprosis. Item nimia frontis attenuatio et sur  
perficialis pellis corrugatio interiorum designat  
cerebri defectum et humoris subtilis finali con  
sumptionem ut patet in antiquis senio vel morbo  
longissimo tempore inanitatis.

**D**e temporibus.

**C**apitulum unde  
cum.

**T**empus vel tim  
pora dicuntur illa capitis membra  
ad dexteram sinistrorum capitis ad  
iacentia que sic dicuntur quia sui mobilitate co  
tinua quasi interuersis temporum immutantur  
ut dicit Isid. li. xj. c. ij. Hunc autem tempora hinc  
costant. ossa utrumque posita in lateribus oculorum  
constituta que quidem aliquantulum sunt mollia et  
nervosa et hoc fuit necessarium propter sensum et mo  
tus oculorum perficiendum. Nam p tempa ad infra  
sensum medianis nervis spiritus aialis defert  
et p eadem hinc anatomiam spus vitalis p quasdam  
arterias a corde ad cerebri demandat. Unde  
ppf nervorum sensibilius et ppf arteriarum venarum  
pulsatiliu in loco temporum colligantia. tempa sunt  
possibilia et facilita ad lesionem unde animal p  
cussum in loco temporum de facili moritur. quia  
sicut dicit Aris. li. xix. percussio que cadit super  
ossa temporum mortalis est qm si in eis ptingit vuln?

# Liber

nimal periclitat. Et hoc accidit qd humor qd in temporibus cito exit propter tenuitatem ossium. et tempora citius canescunt propter humoris paucitatem et siccitatem in eis dominantem et propter conuertibilitatem ad naturam frigiditatis. Item timpera interius villoso sunt aliquantulum vnde humorum a cerebro venientes recipiunt et somnum oculis inducent. Et si illi villifuerint compresi p eliqcom pertenti humoris oculos lacrimare faciunt.

**D**e aurib. **C**aplm. xij.

**A**uris est instrumentum auditus et dicta auris a vocibus hauriendis aut quia greci ipsam vocem audiensidem vocat. vnde dicuntur aures quasi aedes. vox enim repercutta per eorum fractus sonum facit. quo sensum accipiunt audiendi. Summa auri particula dicitur pinula. pinum enim antiqui acutum vocant. hec I. est autem auris proprie quedam substantia cartilaginea que duabz causis fuit necessaria. tenebit enim ne quid nocivum in auditu cadat sic et oculos defendunt cilia. preterea auditu adiuuat Nam vox percussi aeris cum venerit ad cartilaginem ibi fortiter coadunatur. vnde intrat foramina que sunt auditus propriainstrumenta. Hinc autem hec foramina in petroso osse constituta in quibus nervi descendentes a cerebro sunt infixi. sensum et motum auribus deferentes et imitationem vocis in foraminibus receptam indicio anime deferentes. et sunt hec foramina sicut torcular transuersa et hoc ne frigidus aer nimis cito intret. et interiores panniculos sive nervos ledat et ne aliquid nocivum incidat qd auditus impedit instrumentum ut dicitur in pantegni li. iiiij. c. xvij. patet auris multiplicis. qd aliquando ex apostemate in aure existente vnde et sanies egreditur ab aure. Item ex vermis foramen ab extrinseco intrantibz vel ex putridis humoribus intrinsecus nascentibus quorum signum est priuigo intra auriculas et tittillatio et sentitur eorum motio. Itz ex superflua carne atq veruca patitur auricula quando mali humores in ea adunantur. Itz patitur ex mala dispositio ne nervi aurem ingredientis. sicut patet in sonitu tinnitus et huiusmodi que contingunt ex venositate in panniculis cerebri se claudente in parte nervi auricularis. Item patitur ex grossi humoribus illic se mouentibus et tunc sentitur gravis capitis. cum sonitu et tinnitus. Item deficit auditus ex defectu virtutis audibilis vel ex con-

# .V.

tractione nervi sensibilis sicut in senibus continere consuevit. Item aliquando fit surditas cum puer procreatur in utero quando natura negligit instrumentum auditus perforare et hoc est propter sui defectionem vel propter materiam quam innenit sibi natura inobedientem. Itz patitur ex acuta egreditudine cum colericis humoribus ad cerebrum ascendentibus auditum impedit. hos adiuuat si per digestionem colera purgetur. vnde dicitur i ambo. surdo si solutio colorica superuenientur surditate tollit hunc scs constan. Item dicit Aris. li. xij. instrumentum auditus plenum est spiritu naturali quia sicut spiritus naturaliter facit in venis motum pulsatilez. sicut aure facit virtutem auditus et propter hoc addiscuntur res per sensu auditus. Et dicitur ibi qd creatio aurium fuit manifesta tela et continens fuit tenuis et hoc propter subtilitatem auditus ipsius. Debilitatur autem auditus temporibus humide complexionis et precipue in frequenter coeuntibus et hoc propter perturbationem spirituum quia perficiunt auditum. Nam vt dicit idem Aris. frequens numis coit corpori et cordi nocet idem dicit haly. Itz fm Aris. li. xij. in rationali animali aures ponuntur naturaliter in medio capitum rotundi quia auris non in una parte recte sed potius vndiqz vocum et sonorum differentias comprehendit in animalibus vero quadrupedibus que caput habent inclinatum ad terram et non sunt elevati. corporis sunt aures in superiori parte capitum ut patet in bovis asinis et equis et motus auricularum huiusmodi animalium sunt multi propter elevationes sui loci et quia multum mouentur in partes diversas. recipiunt sonum repercussione multa. Item idem Aris. ibidem nullum animal omnino habet auriculas expressas. nibilominus tamen habent talia animalia quasdam vias occultas. et etiam volatilia carent auribus exterioribus habent tamen foramen medium et viam apertam per quam auditus perfectissime celebrat. Itz homo inter omnia animalia habet aures minus mobiles et etiam fm dimensionem situs breuiores sed ad audiendum maxime sunt efficaces ut dicitur li. j. et hoc est propter bonitatem compositionis. vnde quando numis est excessus in aurobus hominis in magnitudine alijs signis cocurreribus signum est stoliditatis et tarditatis intellectus ut dicit Aris.

**D**e naso. **C**aplm. xij.

**A**sus est instrumentum

mentum olfactus sicut **N**as. a naribus autem di-  
citur nasalis. Nares autem ideo sic vocantur quia  
per eas odorifera et spiritualia quasi odorem  
et inter fetidum et odoriferum discernamus unde  
quia odorifera nobis per eas manant. nares  
dicuntur sicut per contrarium inscijs et rudes ac  
inexperti ignari. q. sine nare dicti. Nasus autem  
duo habet foramina sicut constanter. que per quan-  
dam substantiam cartilaginosam ad invicem sunt  
distincta. Et horum foraminum unum ad conca-  
uitatem palati tendit. alterum superius ad pelli-  
culas cerebri vadit ut aerem attrahat cerebro et  
deferat ipsis naribus spiritum animalem et ad  
sensem odoratus perficiendus adducat. primum  
foramen fuit necessarium ad ejiciendas superflui-  
tates a cerebro venientes aliud ad spiritum at-  
trahendum et odoratum perficiendum. Sunt  
tamen propria instrumenta odoratus due ca-  
runcule que dependent a naribus per modum  
mamillarum que primo aerem attractum in se  
recipiunt. Deinde ad interiorem partem cerebri  
transmittunt. Istis autem carunculis subseruant  
nares exteriores aerem scilicet attrahendo et in-  
tra se includendo et subtiliando ut tanto faciliter  
et perfectius immutetur in organis odoratus. ner-  
vus enim a cerebro veniens illa duo vbera nisi  
subintrat et eis animalem spiritum administrat  
ut dicit constanter. sumus igitur mediante aere per  
nasum attractus spiritui animali se associat. qui  
immutatus illam mutationem in cerebro ani-  
me iudicio representat. Nasus igitur sicut constanter  
fuit necessarium ad aerem tunc attrahendum ad  
cerebrum per sua emunctoria expurgandum. ad  
calorem innatum in ventriculis cerebri tempe-  
randum necnon et discernendum sumum a qua-  
cunque substantia resolutum redolentem suavitatem  
ac fetentem. Et ideo sicut Aris. li. xij. sensus olfa-  
ctus est diuisus sicut sensus auditus et ita non esset  
nisi faceret opus proportionatum et sensus olfa-  
ctus non esset nisi propter attractionem aeris in ani-  
malib[us] habente narium. Et hoc membrum. s. nasus in  
medio est. s. anteriori parte capitinis. Et propter  
hoc posuit natura nasum in medio trium instrumen-  
torum sensibilium quasi tritina positarum propter  
motum anhelitus alijs sensib[us] necessarium. Recolli-  
ge igitur breuiter ex predictis quod nasus est membrum  
sive organum officiale aeris attractivum et emissivum  
inter odores discretivum. grossum superfluitatum  
cerebri purgativum spiritui animali ministrativum  
per attractionem aeris pulmonis dilatativum et con-  
strictivum. Et ideo sicut constanter. nares posite sunt ex  
transuerso et non ex opposito pulmoni ut si frigi-

dus aer quicunque subeat pulmone subito non ledat  
si quid cum aere sicut pulvis vel quodcumque aliud  
intravit pulmoni obesse non possit. Est etiam na-  
sus ut dicit Greg. super cantica faciei maximum  
ornamentum ita quod eius carentia tota facies re-  
sipa debonatur. Debet autem dispositio nasi  
esse mediocris ita quod in longitudine. latitudine.  
altitudine modum debitum non excedat. Nam si  
nares fuerint nimis tenues vellate multi aeris  
attractione ferocitate anime pretendunt et me-  
tem indignantem. Ex dispositionibus enim mem-  
brorum corporis sumuntur pronostica iudicia de  
affectionibus mentis sicut dicunt principio physi-  
conomie. Nam accidentia mentis sepe mutantur  
sicut accidentia corporis sicut viuum album ex  
vitro rubeo quod infundit. colorē contrahit et rubo-  
re. Et iō mediocritas dispositiois mediocritatem  
designat bonitatis sicut dicit in libro suo in pri-  
cipio. Impeditur autem nasus in suo effectu si-  
cuit dicit Ga. super pronostica ibi. Nares acuti  
oculi concavū propter vehementiam caloris  
humiditatem consumentis unde et acutuntur nares  
et profundantur oculi in acutis et est signum mortis.  
et accidit idem naribus sicut dicit Gal. quando  
calor naturalis est debilis qui non potest se  
expandere ad extrema et ideo consequitur quod spi-  
ritus et sanguis non concurrunt ad extrema. Et  
ideo propter frigiditatem mortificatē constrictio  
nuntur membra et cor alteratur et accidit acume-  
nari quod est signum pessimum et mortiferum  
in patientibus acutam. Item impeditur nasus  
ut dicit constanter. li. ix. c. xv. aliquando ex mala cerebri  
dispositione. aliquando ex nervi odorabilis opili-  
tatione. aliquando ex humorum fetidorum et cor-  
ruptorum humorum in carunculis nari reple-  
tione. quandoque ex carnis superflue corrupte  
foraminibus nasi generante ut patet in poliposis  
et leprosis et hec lesio non solus ledit olfactum. verum  
etiam facit minorationem vocis. Aliquando pa-  
tit et humio fluxu humoris in ventriculis ce-  
rebri deflentis. et hoc vel ex caloris dissolu-  
tione. vel ex frigiditatis nimia constrictione sicut pa-  
tit sepius in catarro. Aliquando ex nimia reple-  
tione et acumine venarum. sanguinis tamē fluxus  
maxime per nares in multis egreditur inibus cau-  
sa est dissolutionis morbi et certum iudicium co-  
ualecentie et salutis ut patet in acutis febribus  
que per fluxum sanguinis sepius terminantur.  
Et in amphorā dicitur. Vulieri deficientibus  
menstruis sanguinem ex naribus fluere est bo-  
num.

De genis. Capl. xij.

# Oene sunt inferio

**R**es oculorum partes vnde barbe inchoantur ut dicit Isid. li. xj. c. ij. **S**e nos enim grece barba dicitur. eadem enim partes dicuntur maxille que per diminutionem a malis sunt dicte. male autem sic eminentes dicuntur oculi partes ad eorum protectionem supposite. vocate autem sunt male sive quia in rotunditatem prominent intra oculos quaz greci mala appellant. sive quia sunt supra maxillas. vnde et a malis diminutus dicuntur maxille. sicut a palo paxillus. ut dicit Isid. **S**unt autem maxille sive gene fm constan. ex nervis et ossibus interius composite et harum ossa craneo cerebri sunt coiuncta. **Q**ue ideo de varijs et multis frustulis cōposita sunt. ne alia lederentur si unum aliquid pateretur. **E**xterius autem sunt calide et carnose ut frigiditatem ossium et cartilaginū aurium et narium temperarent et ut organis sensibilibus sibi vndiqz adiacētibus suo calore fermentum administrarent. **E**t ideo maxille oculis supponuntur ad eorum protectionē. In medio sensuum sunt posite. propter nutrimenti administrationē calide sunt et nervose propter frigiditatis instrumentorum sensuum mitigationem. **C**andide sunt et rubicunde propter ornatum facie et vultus compositionem. **M**axima enim pulchritudo hominis resultat in genis et maxillis. maxime sicut dicit constan. maxille potissimum hominis ostendunt complexiones. que si fuerint multum rubicunde mixte cum temperata albedine et in substantia non nimis crasse sed mediocriter carnose. calidam et humidam presentent complexionem et ipsius temperamentum. **S**i vero fuerint in colore albide sine aliquius rubedini admixtione et in substantia pingues et molles et fluidae frigiditatis et humiditatis ostendunt excessum. **S**i vero fusce in colore aut citrine in substantia autem tenues et macilente dominum designant siccitatis nimis et caloris ut patet in colericis. **S**i vero fuerint quasi liuide in colore et in substantia a carnib⁹ depauperate excessum signant frigiditatis et siccitatis sicut in melancolicis videri potest. nec solum declarant complexionum diversitatem veruetias animi et affectionum notificant qualitatem. **N**ā fm animi affectiones. ex subito timore vel gaudio pallescunt vel rubescunt subito ut dicit constantinus.

**D**e barba. **C**apitulum decimū quintum.

# B Arba vt dicit co

**S**tant. faciei viri est ornatum. unde apparet. et cooperiens maxillas in una parte est ad ornamentum in alia ad maxillarum adiutorium et iuuentum sive familiatum. **N**am sua villostate nervos maxillares tuerit a numia aeris frigiditate et ideo maxillarū est necessarium tegimentum. **B**arba vigoris et caloris naturalis est iudicium. **E**t hec est causa quare vir et non mulier barbescit quia masculi feminis naturaliter sunt calidiores. et ideo in matribus fumus qui pilorum est materia magis augmentatur. quem quia natura non sufficiebat consumere expulit per duo loca scilicet per caput et per barbam vnde accedit aliquando in mulieribus calide et humide complexionis quod videtur barbescere. **E**t ecōtrario fit in masculis frigidis et siccis quod barbescunt parum vñ et in enuchiis non crescit barba quia perdiderunt illa membra calidiora. que calidi humoris et fumi qui pilorum est materia sunt generativa. **E**x quo patet quod barbe spissitudo calor et humoris substancialis ac vigoris est indicatrix et differentie sexū experimentum. In pueris non crescit barba quod pauculi calidi sint et humili. quia fumosa superfluitas que pilorum et capillorum est materia transit in augementum et nutrimentum perororum. **H**ucusqz constan. fm vero Aris. li. xix. pilis barbe sicut et capilli in sua dispositione representant qualitates vaporis. vel pinguis humor ex quo generantur quoniam si fuerit humor calidus fumosus et siccus. erunt pili barbe sicut capilli crisi reflexi et involuti. **E**t hoc accedit. quia per duas vias vadunt contrarias. quia pars terrestris mouetur ad partes inferiores et calor mouetur ad partes superiores. et sic involuti pili et erunt pili crisi propter debilitatem suaz. **E**t hoc accedit propter paucitatem humiditatis et multitudinem partis terrestris. vnde ex intenso calore corrugantur et involuntur. **S**i vero fuerit vapor multo humidus. erunt pili lenes et longi. **N**am humor decurrat lubrificando donec permeniat ad pilos et propter hoc pili et barbe eorum qui morantur in francia sunt lenes. **N**ā eorum complexio est humida et aer continens eos est humidus. **E**cōtrario accedit in omnibus cerebrum siccum habitibus et habitantibus in regionibus calidis propter siccitatem aeris continentis. Item alteratur color pilorum barbe fm etatlis varietatem et ideo canescit barba in senectute propter debilitatem caloris et abundantiam

frigiditatis. deflunt autem quandoque pilibarbe propter caloris et humoris interceptionem ut in castratis. quod ex corruptione humoris ut patet in leprosis. Nam sicut idem dicit Aris. Casus pilorum similis est fluxui foliorum arborum et causa istius est diminutio humoris calidi et pinguis. Et ideo non fluunt folia arborum in quibus est humor pinguis. hucusque Aris. li. xix.

**D**e mandibulis. **C**apitulum decimoseximum.

**M**andibule a manu ducando sunt dicte ut dicit Isid. li. xii. Mandibularum autem quedam est superior in qua dentes superiores insiguntur. quedam inferior in qua dentes inferiores radicantur. Et est proprium mandibule superioris quod in omnibus animalibus fixa est et immobile excepto centauro. i. cocodrillo qui mouet mandibulam superiorem contra naturam omnium animalium et fixam et immobile tenet inferiorum ut dicit Aris. li. xii. Hunc autem mandibule ex diversis et diversis ossibus composite. nervis et lacertis variis connectere. Et hoc fuit necessarium propter motus continuitatem et apertoris clausure necessitatem ut dicit constantinus. Hunc enim quasi due mole continuo ad conterendum et molendum cibas se mouentes unde toti corpori nutrimentum mandibule subministrant. Mandibule autem quibusdam particulis carnosis et neruosis que gingivae dicuntur circumdantur undique et velantur et hoc propter fortiorum dentium in maxillarum fundamentis radicationem. et propter nutrimenti nervis dentium administrationem. Et dicuntur gingivae ut dicit Isid. a dentibus cognendis. quia in eis dentes cognuntur et nutriuntur. Facte enique sunt ad decorum dentium pariter et necessitatem ne nudiborori potius existarent quam decori pelliculis labiorum circumdantur. quod fecit natura ut tamen dentes quam maxillas non solum intrinsecus iuvarent. verum a lesione extrinseca defensarent. contingit gingivias corrupti in animalibus aliquando et negligentia et quandoque ex putridis humoribus infici et corrupti et tunc diuersas inferunt molestias et passiones. ut fetorem dentium casum vel relaxationem.

**D**e labiis. **C**apitulum. xvij.

**L**abia sunt dicta quod autem superrius est labium dicitur quod vero in

ferius est labrum nuncupatur. Hunc autem labia necessaria sunt constantia. quia dentes munimunt atque tegunt. Hunc etiam nervosa et ex diversis lacertis composta ut sic ad sensum et motum essent abiliora. Nam ad vocis formationem necessario se aperiant vel claudunt quia illis abscessis vel per aliam opilationem vel contractionem aliam impeditis. verba perfecte non possunt formari. Itē labia mollia sunt et carnosa et hoc propter duricie dentium temperamentum fuit necessarium. Dentes igitur et eorum nervi cum ex natura sint frigidi nimis lederentur aeri frigido expositi si non labiorum tegmine tuerentur. Item labiorum extrema sunt rubicunda. quod accedit constantia. propter cutis labiorum subtilitatem quod de facilis a calore sanguineo recipit quodammodo roseam qualitatem. unde rubedo labiorum signum est puritatis complexionis et impermeationis turbati sanguinis et interioris virtutis si cut econverso labiorum liquiditas signum est defectionis virtutis et caloris naturalis. Itē labia tenuia sunt in substatia et subtilia ut sint flexibilius ad motum et abilius ad aerem immittendum et intercidendum ne subito attractus interioribus sua frigiditate inferat lesionem. et ideo labia aeri frigido se opponunt et ipsorum recipiendo depuratum reddunt ut suauius et utilius ad interiora attrahatur hec omnia sunt constantia. Similes proprietates narrat Aris. li. xii. circa finem ubi dicit. Labia hominis mollia sunt et carnosa et separari possunt propter salutem et custodiadentium et ut conueniant ad exitum sermonis. unde et labia duplice habent usum. sicut et lingua cuius creatio est ad gustandum humidum et ad sermonem proferendum sicut id est expressum dicit Aris. et ideo oportet quod labia sint humiliata quia si creatio lingue non esset talis dispositionis ad labia non posset lingua pertingere ad dicendos multos modos literarum quoniam quodam ex eis dicuntur per percussione lingue et etiam quedam per coniunctionem labiorum. et ideo necessaria fuit labiorum creatio ut optimae essent nature operatio. et propter hoc fuit caro hominis valde mollis quoniam homo est boni sensus tactus scilicet et gustus magis quam alia animalia. hec oia Aris. li. xii. Recollige igitur quia labia sunt tegmina dentium custoditina. mollicie sua duricie dentium temperatina. vocis articulata et literalis formativa. aeris frigidi vel calidi et interceptiva. sua rubicunditate vel liquiditate defectus vel vigoris designativa. virtutis interpretativa propria organa passionum anime sci-

licet odij et gemitie doloris vel tristitie expressiua. unde dicitur quod tremor labiorum in frenesi et acutis morbis morte pretendit ut dicitur in p. nostris. Et hec de labiis sufficientia.

**D**e mento. **C**apitulum decimum octauum.

**M**entum est dictum quasi mandibularum fundamentum eo quod inde oritur ut dicit Isid. me ti autem ut dicit constan. duo sunt ossa et ipsa iuncta sunt in medio ubi dentes subtiliores firmantur quadrupli atque pares. Horum ossium extremitas duas habet furculas una est acuta cuius acumen quoddam ligamen inserit quod ligamentum temporum protenditur per quod etiam et bucca clauditur et aperitur. Altera vero furcula grossa est et rotunda cuius rotunditate mentum sit molle ut dicit constan. quia hoc membrum fuit necessarium propter originem mandibularum et dentium inferiorum radicationem et propter voluntariam aeris clausuram et apertione fuit etiam conueniens propter faciei completionem et perfectam ipsius vultus consumationem quod si fuerit proportionatum fronti totum honestat faciem et decorat hec omnia dicit constan. In mento autem animalis maxima est fortitudo propter ossis duriciem et nervorum compagationem et propter fortem dentium radicationem. et ideo bruta animalia se tangi per mentem de facili non permittunt nam mento contracto tota eorum ferocitas quasi armis perditis eneruatur ut patet. i. Regum. xvij. ubi dicitur. Confregit danid mentum viri et eruit ouem de ore eius scilicet. Hominis vero mentum pertractari a moris et fidei iudicium est. ii. Regum. xvi. Tenuit ioab mentum amase quasi deosculans eum et cetera.

**D**e ore. **C**apitulum decimum nonum.

**S**est dictum ex eo quod per ipsum quasi per ostium cibos immittimus et spiritum foris ejicimus vel eo quasi de ostio sermones egrediuntur ut dicit Isid. os etiam. ut dicit idem. anima nuntius est quia illud ore exprimimus quod prius in mente concepimus. Est autem os ut dicit Ore. multis circum septum custodiis scilicet dentibus et labiis ut tot intermedii mens prius discernat quod proferat sive dicat ut prius verbū translat per limam quam per linguam. Fuit autem

oris instrumentum necessarium sum constan. propter nutrimenti susceptionem nullum enim membra animali nutritur nisi prius nutrimentum in ore recipiatur. os enim primo cibam recipit et masticando et immutando aptum digestioni stomacho transmittit et propter hoc natura secum humidum intrinsecus et cibis siccitas eius humilitate faciliter immutetur. Fecit etiam os nervosum ut sapientia cibi faciliter sentiretur. dum et cibi asperitate ledere nec nimis factus durum est sed mediocriter ne nimia duritia sensu litas gustus impeditur. Concauum autem et rotundum fuit intrinsecus et cibus assumptus hincinde faciliter moueretur et per dentes sine impedimento spiritu transducetur. Item necessarium est os propter aeris et spiritus attractionem aer enim attractus per os in ipsius concavitatem immutatur depuratur et subtiliatur et sic ad cordis refrigerationem per canale pulmonis transmittitur sine cuius refrigerio cor pre nimis calor incendio viceretur et destrueretur. Item necesse est propter vocis informationem ad hoc enim est palatum oris concavum ut plectrum lingue moueretur faciliter et ad vocem formandam expedite eleuaretur et deprimetur. Item utile est ad grossarum superfluitatum a cerebro et pulmone venientium crebram ejectionem qui bus per ostium oris eiectis vitalis spiritus in corde et animalis in cerebro suas complect actioes expeditius. Item utile est propter membrorum nutribilium a superfluis exonerationem. quando ergo stomachus crudis humoribus oneratur natura per vim expulsuam operante per os officium expurgatur sicut dicit constan. et Gal. super illud amphi. in vomitibus et purgationibus que sponte fiunt si qualia oportuit hanc confert et bene ferunt si vero non contrarium patitur autem os (ut dicit constan. in viatico) quandog ex alijs membris sibi vicinis infirmantibus. Patitur autem pusulas ulcera et huiusmodi ex corruptis humoribus aliunde ad buccam defluentibus. si rubeat ita quod nigredini attineat et caleat doleat aut ardeat materia sanguinea est et colerica. si vero multum nigrescat tanto molestius est et timidius ne forsitan ad cancrum venientur. Accidunt autem ulcera in ore lactentibus parvolorum prouenientia ex acumine lactis et eius corruptione. hucusque constat. in viatico particula secunda.

**S**equitur capitulum xx. de tentibus.

# Dentes huius generis

Cos dicuntur edentes quali oia opposita dividentes et incidentes ut dicit Isid. Et sunt dentes huius constanter. quedam plantaria in ossibus maxillarum et menti quibusdam radicibus inserti et sunt in maribus huius constant. xxxij. Dederi enim in maxillaribus sunt positivi quorum quatuor in anteriori parte pares vocantur et quadruplici. et hilati sunt et acuti incisores vel precissores a medicis nuncupantur. ad incisiones cuiuslibet cibi sunt apti et quicquid in eis accipitur in ore conteritur et mordetur. Hunc iterum duo qui canini sunt dicti collaterales quadruplici et in summitate acuti duris cibis tamen molendis apti. Et dicuntur huius Isid. canini quae ad similitudinem caninorum consistunt et canes per ipsos ossa rodunt. precisoribus enim dentibus sunt fortiores acutiores et rotundiores. et non a quibusdam collum puelle vocantur et quod priores precidere non possunt istis tanquam fortioribus ad constringendum tradunt. Hunc et decem alii ex utraque parte superioris mandibule quini colaterales quadruplici hi sunt lati atque grossi. hi molares sunt vocati et ad molendum bene sunt apti. namque conscienda et cofracta sunt a prioribus more mole subigunt. ut dicit Isid. Hunc quidem in superiori mandibula. xvij. dentes scilicet quatuor quadruplici atque pares. et duo canini et nouem molares et totidem etiam dentes numero collocantur in inferiori mandibula seu in mento. dentes igitur quantum ad suum numerum et etiam ad officium quadripharie dividuntur. quidam enim sunt incisi et hi sunt quatuor. duo superiores et duo inferiores qui primo aspectu se offerunt. quidam vero sunt pares et hi sunt quatuor. duo superiores et duo inferiores qui alterutrum iuxta incisivos positi mutuo se contingunt. Quidam vero dicuntur collaterales. seu canini et hi quatuor scilicet duo superiores et duo inferiores se mutuo collidentes. quidam vero sunt molares et hi. xx. scilicet. x. superius et totidem inferius mutuo se tangentes et que ab aliis inchoata sunt quasi mole continue concidentes. Hi omnes sunt mandibulis radicati et quodammodo furcati sed diversimode quod anterioris s. quadruplici et pares rursum hanc furculam seu radicem. canini vero molares tres vel quatuor habere dicuntur. ut dicit costi. Dentum quoque numerum discernit qualitas sexuum nam in viris plures. in feminis pauciores inveniuntur. ut dicit co-

stan. et Isid. Distinguuntur etiam dentes huius procellum etatis. quoniam sicut dicit Aris. li. ij. quod dentes senum generaliter sunt nigri non acuti ut patet in canibus quorum etas per dentes noscitur. quia dentes iuuenium sunt albi et acuti. lenum vero econtrario. Excipit tamen Aris. ibide ab hac generalitate dentes equorum quos dicit habere proprium quod procedente etate magis albescunt. dicitur etiam ibide oportet utique scientia quod animalia quae sunt multorum dentium et constant iunctorum sunt vite longioris que vero paucorum sunt dentium et separatorum sunt vite brevioris. Item dicitur ibidem omne animal quadrupes generans animal sibi simile habet dentes. Item homo ejicit dentes in iuuentute anteriores non molares et hoc contingit forsitan propter furcularum et radicum debilitatem. molares autem non ejicit propter causam contraria et est generale in aliis animalibus quae non ejiciunt aliquem dentem priusquam alter sibi similis in loco oriatur primus. Item Aris. li. xij. omne animal carens dentibus in superiori mandibula est siccum et terrestris nature. omne animal habens dentes in utraque mandibula est pinguedinis simile. Item idem li. xiii. Natura non facit a liquid nisi quod melius et perfectius est et ideo necesse est ut materia partis terrestris declinet a quibusdam animalibus ad partem superiorum scilicet in dentes et genuinos prominentes et in quibusdam in cornua. Et propter hoc non potest habere dentes in utraque mandibula animal habens cornua. Item ibidez li. xvij. Solummodo inter alia ossa crescunt dentes duos remanet animal et hoc est manifestum in dentibus superex crescentibus et declinantibus a locis suis contingenibus se inuicem. Et causa incrementi illorum est propter operationem eorum. Si enim non crescerent consumerentur cito et propter hoc teruntur cito dentes animalium comedentium multum et carentium dentibus magnis. Et propter hoc ingenita est natura et aggregavit dentes ad inuicem propter senectutem et finem. aliter si vita duraret per millenarium semper dentes plures essent quam in prima creatione. unde dicit idez li. ij. dentes qui oriuntur intra gingivam. non oriuntur in viris et mulieribus nisi post viginti annos et forte in quibusdam mulieribus post. lx. et origo eorum erit cum maximo dolore. Item idez li. xix. Dentes acuti oriuntur ante latos quoniam dentibus acutis indigetur ad abscessionem cibi prius. quia prins est abscidere quam molere. et iesius crescent qui minores sunt quia origo mu-

noxiis rei est ex calore ante originem rei majoris. Item calor etiam lactis facit oriri dentes cito et propter hoc est quod pueri lactentes lac calidius nascuntur in eis dentes citius. Item idem etiam ibidem. Anteriores dentes nascuntur in os etenim et etiam debili propter hoc sunt velocis casus hucusq; aristotiles. Ad hec constan. in viatico particula secunda. Dentium magnum est iuua mentum. et cum iuuamento magnum corporis ornamentum ipsorum inquit non patientiū quam in patientibus actio corrumptitur. Quorūq; passio diversa est. Cuius diversitatis pars est visu manifesta sicut putredines fetores. rupture. perforationes. motiones casus. limositates et similia. pars vero non apparens est et occultia. sicut quando dentes nimis dolent et tamen exterius sani apparent. Causa autem talis doloris sunt humores a capite descendentes vel a stomacho mediante sumositate ascendentes. vel humores acuti in gingivis et tunc dolores nimis cum saltu et pulsu sentiuntur propter maliciam humorum et acumen. Si vero dolor est a capite gravitas sentitur in capite et dolor. in facie rubor ex sanguine vel colera ad radices dentium descendente. Si vero fuerit a stomacho. dolor sentitur in stomacho et assidua eructuatio egreditur et erumpit. Dentes etiam aliquando perforantur. aliquando rumpuntur. aliquando ex vermis in citrinū viridem seu nigrum colorē mutantur. que omnia ex corruptis et pessimis humoribus. ex malis cibis per nervos ad ligamentum dentium descendantem accidere dinostruntur. Dentes etiam aliquando mouentur et causa motus humores sunt in dentium radicibus. quia si sint acuti necesse est in dentibus foramina effici ac fetores et putredines generari. Qui si vermes fuerint in causa dolor maximus gignitur quia nervū sensibilem corrodendo penetrat. Obstupescunt etiam dentes et exacerbantur ex humore acido intus. vel extra nervos inficiete et dormitare videntur ex causa nimis frigida sicut ex nive vel glacie nervos dentium constrigente. Item dentes quandoq; cadunt ex nimia humiditate ligamenta dentium relaxante quandoq; ex nimia siccitate. ut patet in senibus quorum dentes propter subtractionem humiditatis nutritibilis dilabuntur. Has et multas alias dentium recitat constan. passiones hec sufficiente Recollige igitur ex predictis quod dentes in mandibulis tanq; in fundamentis proprijs radicantur ex frigiditate dominante albiores ceteris ossibus efficiuntur propter sui duritiam de facilis

non leduntur. Substantia enim dentium est ex se impossibilis cum non sit sensibilis ut dicit constan. unde dens ruptus nullum dolorem patit. Dicitur tamen pati et dolere propter nervū sensibilem qui in eius radicibus sepe leditur et gravatur. Dentes enim intrinsecus nervis colligantur terminos carnis dentes excedunt et tamen in carne radicantur nihil intra se nec in se esse pauiuntur. Clusi sunt labijs ne videantur. Inde cens est enim cum apparent nisi forsitan propter risum. Item superiores ad inferiores revertuntur et sibi vicem mutuo coaptantur et si inferiores aliquando mouentur. Superiores tamen fixi immobiles reperiuntur. Ordinate autem ad inicem componuntur. ad informationem articulare vocis maxime cooperantur toto corpore obsequuntur.

**D**e lingua. **C**apitulum vicesimum primum.

**L**ingua a lingen do cibum est dicta. vel quia per eas articulare sonus verba ligat. sicut enim plectrum corde sic alludit lingua dentibus ut dicit Isid. Est autem lingua instrumentum gustus et locutionis ut dicit constan. et componitur de substantia molli carne porosa et spongiosa. Et autem nervosa propter sensum et motus porosa ut faciliter sapor penetret ad nervū facientem gustum ad quem venit multe venae sanguine plene. unde rubicunda est in colore. Hec operatur panniculis quibus spacium bucce et palatum induitur et vestitur. a superiori parte patet tota. ab inferiori autem parte patet usque ad ligamentum quibus merito est conexa unde radices lingue et sensibles nervi quibus recipit sensum et motum a spiritibus sunt occulti. In quibusdam autem hominibus ut dicit constan. contrahitur lingua plus quam oportet intatum quod nec in diuersas partes mouetur unde oportet incidi ligamenta ut motus per totum bucce spacium amplietur. Passiones enim multe accidunt lingue ut in substantia ipsius vel in nervis ad illam relevantibus unde in viatico constan. Lingua animalis perdit motum voluntarium. Unde et usque amittit sermonis cuius causa est ex defectu virtutis motive ex cerebro veniente vel ex nervo ospitato per quem virtus transit animalis. Aliquando ex apostemate vel ex pustulis in lingua accidentibus. Aliquā sunt propria via in substantia lingue sicut complexio mala ex qua est sensi-

bilis dis temperantia ex nimio calore frigiditate  
vel humiditate vel siccitate vel apostema vel tu-  
mor et similia quod si lingua videatur nimis tumida  
excessum caloris designat. **H**i vero alba frigiditi-  
tatem. si mollis humiditate. si siccata et aspera sic-  
citatem. et oia talia lingue impediunt usum vel  
tolunt in toto vel in parte. **H**i autem lingua sa-  
na videatur nullas habens maculas. loquela ta-  
men sit ablata. ex cerebro est defectus vel ex ner-  
uis sensibilibus opilatis. Aliquando est perdi-  
cio loquela ex perdita mente ut in frenesi vel li-  
turgia. **H**ucusque const. in viatico. alios designat  
defectus lingue in pantegn. const. ubi dicit. acci-  
dunt pustule late et extente in pelliculis exteriori-  
bus lingue sicut accidit pueris malis lac sugge-  
tibus et sunt quinque albi quinque nigri coloris. accidit  
autem apostema lingue. eam nimis magnificas  
et ab ore exire facies et vocatur exiliu lingue. Ali-  
ud etiam genus apostematis lingue est quod ra-  
na vocatur eo quod sicut rana nascitur sub lingua  
et auferit usum lingue et ita rana muta dicitur ab  
effectu. **E**cce autem aliud apostema lingue san-  
guinolentum unde tota lingua patitur et loque-  
la pauper cura gustu impeditur. **E**t viscosis enim  
humoribus in lingua dominantibus sensus gustus  
corrumperit et mutatur ita ut dulcia amara et  
isipida iudicetur et contrario ut dicit **Hal.** Item  
dicit **Hal.** super amphor. quod accidit lingue bal-  
bucies ex nimia humiditate quam lacerti lingue per  
nimia humiditate in extremis nequeunt dilatari  
sicut est videre in ebriosis qui balbuciunt quam in  
cerebro humore nimio perfunduntur. Unde di-  
cit ibidem **Hal.** naturaliter autem balbicietes  
vel propter nimiam cerebri humiditatem balbu-  
ciunt vel propter lingue humectationem vel pro-  
pter utrumque. Illa etiam superflua humiditas est  
causa quare aliqui efficiunt drauli. qui aliquas  
litteras proferre non possunt. s.r. p.n.l.c. propter.  
proferunt et hoc patet in infantibus qui multas  
litteras corrumput et eas proferre non possunt.  
**H**ec omnia dicit **Hal.** super illum amphoruz  
yprodrauli a diarrhoea maxime capiuntur. quia ni-  
mia humiditas talium que est causa draulizati-  
onis reddit ad stomachum et intestina sepe lubri-  
ficando inducit diarrhoeam vel dissenteriam. i. flu-  
xum ventris sicut dicit **Hal.** Item dicit consta.  
in pantegn. quod in lateribus ligamentorum lingue  
sunt quedam vene. que salivam lingue admini-  
strant. **H**ec ab initio lingue incipiunt. a quibus  
emanant quedam humectatio pneumatica que  
saliva appellatur. unde ille vene vocantur a me  
dicis salinales sive habitatio salinalis. Initium

autem lingue unde exeunt he vene est caro gla-  
dulosa et alba ipsius salivae generativa que hu-  
mectat linguam et temperat ciborum siccitatorem  
et augmentat eorum succositatem ut post dice-  
tur. unde dicit **Aris. li. vij.** quod oues aliquando ha-  
bent sub lingua venas albas et ille faciunt fetus  
albos et aliquae habent nigras et ille faciunt fetos  
nigros. alie varias et ille procreant fetus varios  
etc. Recollige igitur breuiter ex iam dictis quod lin-  
gua est substantia carnosa sanguinea et porosa  
influentie spiritus receptiva in complexione ca-  
lida et humida. in dispositione tenuis et oblonga  
et anteriori parte similis gladio in cono. in colo-  
re rubicunda. in loco concavo et humido sita ad  
motum facilima. vocum informativa. savorum  
discretiva. per emissionem salivae oris humectiu-  
a. conceptionum anime interpretativa. denti-  
bus et labiis quasi muro duplice circumserta. In  
diversis animalibus quo ad figuraz varia. Nam  
in quibusdam brevis est et grossa. in quibusdam  
vero econuet so. Qui vero habent linguam gros-  
siorem habent vocez grauiorem et econuerso.  
Quedam etiam animalia habent linguas medi-  
cinales et salutiferas. et hoc vel ex nature bonita-  
te. vel ex occulta aliqua proprietate ut lingua ca-  
nis. ut dicit **Cassiodorus.** Quedam autem lin-  
guas habent mortiferas propter maliciam et fu-  
riositatem humoris in eis dominantis. sicut lin-  
gua serpentis draconis et rabidi canis cuius mor-  
sus est summe venenosus cuius lingua appetit  
semper extra os et distillat venenum et inficit aquam  
in qua cadit. de qua qui biberit efficitur rabio-  
sus ut dicit **Ancenna** et **Constantinus** in tracta-  
tu de venenosis animalibus et venenis. Unde  
etiam serpentum lingue secundum **Aris.** nigra sit sine  
linide sive subruse et maculose. acute et in motu  
velocissime. Et hoc contingit propter humo-  
rem furiosum et venenosum. qui tam velociter lin-  
guaz agitat ut una numero bifurcati videatur  
lingua tamen aspidis quibus in corpore viuen-  
ti serpentis plena sit veneno mortifero. separa-  
ta tamen a corpore et desiccata venenum perdit  
et venenum si presens fuerit prodit unde in pie-  
sentia veneni sudore prouumpere consuevit. un-  
de talis lingua velut utilis et proficia reputatur  
inter thesauros regios preciosa. quibus prius fu-  
erit venenosa etc.

**D**e saline proprietatibus. **C**apitulum. xxij.

**S**aliva est humor  
pneumaticus ex naturalibus venis lin-  
gue generatus. ut dicit **Consta.** Est

autem saliva naturaliter humida in colore alba continuitate motus lingue et instrumentorum spumalium spumosa in sapore insipida quia potenter taliter est omnium savorum in se receptiva. **H**i enim esset alicuius savoris determinati non esset alterius susceptiva. **E**cce etiam huius eundem consistencia. saliva inter gustum et eius obiectum media nihil enim sensu gustus percipitur nisi cuius savor mediante saliva gustus organo presentatur. **A**nde etiam ipsa secundum qualitatem savoris rei gustate immutatur. **F**uit autem necessaria saliva ut dicit **P**stan. ad humectationem oris ut saliva beneficio irrigaretur. **I**tem propter digestionis preparationem. **C**ibus enim siccus in ore assumptus non utiliter stomacho mitteretur nisi saliva mediaprius humectaretur. quia sine saliva adminculo res siccus non de facili transglutiretur. **I**tez utilis est ad faciliorum superfluitatum cerebri et pulmonis evacuationem quia tales emfumiones calore vel frigore induuntur aut inuiscantur non ita defacili per ostium oris extraherentur nisi primo cum humoris salinalis ad introitio lubricando ad exitum pararentur. **I**tem saliva hominis ieiuni habet quandam vim latentis infectionis unde et sanguinem animalis ledit si in aliquo vulnera aliquid sanguini admisceretur ut dicit predicti autores in tractatu de venenis. **E**t hoc forsitan est ut dicit **A**ui. ratioe cruditatis. **H**umor enim crudus sanguini perfecte digesto in suis qualitatibus repugnat et suum ut dicunt auctores perturbat temperamentum. **H**inc est etiam ut dicit sancti **B**r. **A**plinio quod saliva sine sputo hominis ieiuni intercinit serpentes et venenosis animalibus est venenum sicut dicit **B**asilius super illud verbum in exameron. **I**psa ceteret capitulum tuum et tu insi. calca eius. **G**en. iiiij. **I**tem sicut dicit **H**al. super amphorib. ibi. insaniei sputo fit phtisis et fluxus et ubi saliva tenetur moriuntur. **T**otum phtisi propter vlcus pulmonis semper tussiunt et a superfluitate sanie vltius spuendo se exonerant putunt sed tamen mors iminet quoniam non spuunt qui retentur ei saliva cum sanie vie spiritus interius claudunt et sic phtisi suffocati moriuntur. **I**te sicut dicit **H**al. i. li. cr. **I**nter sputum et salinam est differentia. **N**az saliva est superfluitas naturalis nutrimenti pectoris et generalis digesta. **S**putum vero est illud quod ad pectus aduenit huius diversitatem cursus naturalis et cursus preter naturam. nec est semper digestus. **E**t ideo sputum in acutis febribus et apoplexias si leviter fiat cum signis digestus et sine tussi laboriosa fortitudinem signat virtutis et defensus morbos significat dicitur in pronostica et conuer-

so. **E**t huius **H**al. et alios commentatores ibidem. In saliva sive in sputo considerantur tria generaliter **C**olor. **s** odor et sapor. **Q**uia si sputum fuerit in colore liquidum cordis et spiritu aliud signat lesionem. **H**ic vero sanguineum cum sanie admixta pulmonis designat alterationem. **H**ic etiam fuerit in odore fetidam interiore signat corruptionem. **I**tem si in sapore fuerit amarus aut acidus humoris corrupti in stomacho et pulmone seu in substantiali lingue signat dominationem. **I**te in sputis abundare signum est fleumatica copulationis. unde et in sensibus solent sputa habere grossa et viscosa huius intensionem frigiditatis et resolutionem vel dissolutionem humiditatis substantialis. **T**otum

**D**e voce.  
mumterium.

**C**apitulum vicesi

**D**r est aeris te-  
nussum ictus. plectro lingue forma-  
tus ut dicit **I**sid. et **P**rostantius. Orga-  
na autem vocis sive instrumenta multa sunt  
ut dicit constans. scilicet pulmo. arterie. guttura.  
vagina. os. dentes. labia. atque lingua. **H**inc enim  
istorum instrumento vox non formatur. **E**t ho-  
rum quedam sunt vocis receptiva sicut pulmo  
cum suis receptaculis et canalibus. **Q**uedam ve-  
ro sunt vocis ordinativa sicut vagina que huius co-  
stant. pulchram reddit et fortem quando ad alias  
se habet proportionaliter. **A**er enim introe-  
untem temperat et ne nimis impetuose exeat co-  
bibet et frenat. **A**receptio etiam pulueris gut-  
tura et arterias prohibet et seruat. **Q**uedam eni-  
sunt vocis emissiva ut canales pulmonis et arte-  
rie que sunt quedam fistule. que si fuerint leues  
munde et temperate dulcem ac temperatam et  
equalem reddunt vocem. **H**ic vero aspere fue-  
rint et plus debito fuerint late et stricte aut di-  
storte. nimis grauem. vel exitem dissont aut in  
equalem emittunt vocem. **A**d formationem igit  
vocis aer in folliculo pulmonis recipitur et per  
distantiam arteriarum motum per os emititur.  
**A**nde ex veloci aeris commotione et organo-  
rum vocis extensione sonus redditur qui in ore  
animalis prolatus et plectro lingue formatus  
vox a sapientibus dicitur. **H**ucusque constant.  
in pantegni. unde **A**ri. li. iiiij. **P**ulmo est primus  
vocis receptaculum. **E**t ideo omne animal ca-  
rens pulmone caret et voce ac loquela. **L**oqui  
enim est distinguere vocem. **A**nde oē animal  
non habens linguam absolutam non habet vocem  
ut dicit idem. **A**pes vel musce caret voce faciunt tamen  
crepitum in volando extedendo et ɔbēdo glas per

aerē cadentē int̄ corpus 7 alas 7 sic faciunt locū  
ste. **E**t hui⁹ pbatio est q̄ nunq̄ faciunt sonūz  
in sedēdo sed tñmodo in volādo rana autē h̄z  
vocē p̄priā 7 anteri⁹ ligue sive applicat ori suo  
7 quod ex lingua propinquat canne pulmonis  
absolutum est 7 ppter hoc habet vocem p̄pri-  
am 7 est coax nec facit hoc nisi in aqua tñ 7 pro-  
prie masculus tempore coitus quando clamat  
feminam p̄ vocem cognitam. **R**ana vero mul-  
tiplicat vocem quando ponit mandibulaz infe-  
riorem in aquā 7 extendit superiorem 7 p̄ exten-  
sionem duarum mandibularuz vociferant 7 p̄  
pter nimū conatum extensionis lucent earum  
oculi sicut candele.cantant 7 vociferant pl⁹ de  
nocte q̄d de die quia tunc est sepius coitus ea-  
rundem Ī. **I**tem ibidem aues parni corporis  
plus vociferant 7 garriunt q̄d magni 7 maxime  
tempore coitus qm̄ vociferatio avium est maxi-  
me in illo tempore. **I**tem idem gallus vociferat  
post bellum 7 victoriā. **I**tem in avibus est q̄  
masculus dat vocem 7 non femina sicut gallus  
7 mas coturnicum.loqui autem appropiat ho-  
mini qui aut naturaliter sūt muti sūt surdi 7 ba-  
hent vocem sed omnino indifinitā vt dicit idē  
**I**tem idem in eodem libro. omnes femine sunt  
subtilioris vocis et acutioris q̄d masculi preter  
vaccam quia vox femine est grossior. **I**te ibidē  
exitus spermatis est in maribus apud alteratio-  
nem vocis 7 hec est in termino duorum septenniū  
aliquādo mutatur tamē vox citius in quibusdā  
7 est significatio motus ad luxuriam. **I**te ibidē  
quando equi incipiunt coire erit coruz vox ma-  
ior 7 similiter femine vox tamē femine clarioz est.  
**I**tem ibidem voces masculorum mutantur qm̄  
mutantur. **I**te dicitur li. viij. voces omnium  
quadrupedum mutantur 7 efficiuntur sicut vo-  
ces feminaruž quando castrantur 7 li. xix. dicie-  
causa acuminis 7 alterationis vocis est h̄m' alte-  
rationem etatum quando vox inuenit anima-  
lum est acutior vox senum et mulierum q̄d vi-  
rorum voces 7 omnium animalium sunt acutio-  
res in iuuentute. **I**tem idez multe femine 7 mul-  
ti inuenit vociferant voce acuta quoniam pro-  
pter debilitatem mouent paucū aerem 7 quod  
est paucum mouetur velotius. 7 vox est velox a-  
cuta.gravitas autem vocis sequitur tarditez 7  
aer multus mouetur tarde.mares autem 7 le-  
nes mouent multum aerem 7 ideo sunt granu-  
ris vocis.nervos enim 7 arterias habent forti-  
ores masculi q̄d femine 7 senes q̄d parvuli 7 non  
castrati q̄d castrati. propter debilitatē ergo ner-  
vorum erunt voces castratorum similes vocibus  
feminarum.hucusq̄ Aris. **V**ox equalis.clara.

fluxibilis inter acutuz 7 graue mediocris est lan-  
dabilis sicut econuerso.vox tremula rauca 7 af-  
pera debilis 7 dissonanis gravis vñl acuta est  
vituperabilis.nam vox vñta dissona 7 inordi-  
nabilis multarum confundit vocum armoniaz  
**V**ox itaq̄ consona dulcis 7 ordinata est letifi-  
ca.amoris excitativa.passionum anime expressi-  
ua.vigoris 7 virtutis organorum spiritualium  
protestativa.punitatis 7 bone dispositionis ea  
rundem ostēlinia.laboris subleuatiua.tedi⁹ seu  
fastidij ablatiua.etatis 7 sexus discretiua.precio-  
nij 7 laudis acquisitiua.affectionis audientium  
mutatiua.sicut de orpheo dicitur in fabulis q̄  
intrat et ibi se dilatans auditum auribus admi  
nistrat. alijs ad maxillas per tympana se dif  
fundens membrorum collateralium adiuuat acti  
ones. sextum vero par a puppi videtur exire et

ab unoquoque horum trium iterum alij exireunt et ad motum sensus perficiendum inferius et superius uniformiter se diffundit. Et adhuc preter ista paria exit a puppi par unus et ex isto nucha ortum sumit. hoc lacertos lingue et gutturis se diffundit et eis motum et sensum tribuit. Preter nervos iam dictos omnes alij nervi corporis a cerebro quidem egrediuntur scilicet nucha id est medulla spondilium mediante. In uniuerso vero dicuntur esse duo nervorum paria et xxx. et unum tamen impar et hi omnes multipliciter descendunt et concathenationibus corporis et membrorum miro nature artificio vndeque dividuntur. Hucusque consta. libro. ii. ca. x. huius Arist. libro. iii. in locis ossium est multitudine nervorum et nervus naturaliter in longum funditur et non in latum et ipse extendetur extensione multa et in circuitu nervi est humiditas viscosa conservans nervos et omne animal habens sanguinem habet nervum et nervus prescissus non recrescit nec divisus reconiungitur scut vena que scilicet incisa defascili reintegratur. dicit etiam idem libro. ix. quod maxima virtus animalium est in nervis et maxima in thauro qui quanto senior tanto durior et fortior et durior eius nervus est. unde extendetur sicut corda. Recolligit igitur ex predictis quod nervus a' crebro principium sumit et ab eo sensum et motum recipiens alijs sensum tribuit. partes corporis diuisas colligit et annectit in suo exitu mollem. sed in fine durum se ostendit in sua concavitate spiritum recipit et custodit sua flexibilitate ossa flexibilia flectit. diversas passiones in se recipit ut dicit constans. scilicet incisio puctura. pectoz. relaxatoz. opilatorem ut pectoz in pantegni. li. ix. c. viii. et li. xi. zc.

**D**e venis.**C**apitulum. lxj.

**T**ene sunt dicte eo quod sunt via natantis sanguinis atque rami per totum corpus diuisi quibus uniuersa membra rigantur et nutriuntur ut dicitur. Incipiunt autem vene huius Constanti. ab epate sicut arterie a corde nervi a cerebro. Et fuerunt vene necessarie sicut vasa sanguinis ut sanguinem ab ipso epate ad membra totius corporis nutrienda deferrent. Hunc autem vene necessarie nature tenerioris atque mollioris quam nervi ideo ut epatis nature vicine mutaret aliquantulum sanguinem ad se venientem. Hunc autem vene omnes ex una tunica facte. non ex duabus sicut arterie. Nam arterie spiritus recipiunt et custodiunt. Tene igitur exentes ab

epate ab ipso velut a matre nutrimentum sanguinis sugunt et huius eiusque membra exigentia ipsius distribuunt. Unusque singulas partes corporis se diffundunt et miro quodam nature in genio sibi mutuo subserviunt. Inter alias autem patentes et occultas est vena que etiam vocatur arteria. que nature fuit necessaria ut calorem naturalem a corde ad omnia alia membra deferret. Hunc autem he arterie ex duabus tunicis. vel pelliculis composite et sunt in forma similes in substantia dissimiles. Carum interiora sunt villosa quarum substantia est dura. et multo grossior quam sunt exteriora. Extrinsecus autem sunt villose per longitudinem quarum substantia est dura propter necessitatem motus scilicet dilationis et constrictions. Nam dilatando se ipsam a corde recipit et hoc per villos longitudinis. Constringendo autem se fumam superfluitatem expellit quod fit panniculis in latitudine villosis in quibus retinetur spiritus qui a corde trahitur unde duriores sunt exterioris omnibus alijs venis quod fuit necessarium ne forte ruinerentur. He autem vene a corde incipiunt sinistra concavitate. Ex hac enim parte dicuntur due pulsatiue quarum una interior panniculum habet mollem et hec vena pulsatilis vocatur que necessaria fuit ideo ut multam quantitatem sanguinis et spiritus pulmoni deferret et aerem exciperet quem admiseret sanguini et eius feruorem temperaret. Hec vena pulmonem intrat et ibi multiformiter dividitur. Altera arteria est priore maior quam Aristotiles horum vocat. Illa a corde ascendendo in duas partes dividitur. Nam una tendit sursum deferens sanguinem depuratum et spiritum vitalem ad cerebrum. ut inde spiritus animalis generetur nutritur et conservetur. Altera vero descendit inferius et hec dextrosum et sinistrosum multipliciter dividitur. Hucusque constat. libro. ii. ca. xii. Recollige igitur quod vena est vehiculum sanguinis custodia vite animalis quatuor humores sanguineos continens in se depuratos. quibus singule partes corporis nutriuntur. Insuper vena est coeca ut faciliter sanguine recipiat et huius naturae videlicet vena ad venam sanguinem reducat et enfundat. vena et saitatis et ihermitat et nucia. Namque arteriaz pulsu et venaz dispositoz de debilitate cordis siue fortitudine a medico indicat. vena est si corrupta fuerit corrupti sanguinis contentiva. totius corporis est corruptiva ut pectoz illeprosis quoque sanguis est corruptissimum in venis a quibus membra nutriuntur sugedo. isangibile contra

Hunc et corruptam infirmitatem et corruptioem  
Vena etiam in brachio ledit contrabitur et appetitur. ut ex eius lesionе totius corporis infirmitas subleuet vene etiam nimis angustе carne vel pinguedine nimis pressa minus habet de sanguine et spiritu quam alie. Et ideo in earum substantijs calor naturalis deficit et vitalis spiritus minorat et tunc animalia minus vivunt ut dicit constatinius. libro. xi. cap. xvii. Aristotiles autem dicit libro. ii. vena inquit si fuerit absisa vel incisa crescit et recoungitur quod non facit neruus. Item idem lib. vi. Quales sunt vena sub lingua animalis tales sunt in colore fetus eius. unde dicit quod ones habentes sub lingua venas albas habent fetos albos et econuerso. Quere supra de proprietatibus lingue ZC.

De carne.

Capitulum. lxiij.

**C**aro autem sum  
Remigium a carie est dicta id est putredine. Est enim caro ut dicit Gregorius alterabilis et per consequens defacile putribilis. Et cum caro multiplex sit ut dicit Gregorius. quod alia est caro piscium alia volatili vel volucrum alia serpentum. In hoc humana caro optinet priuilegiis. quia caro humana forme nobilissime secundum rationali anima est coniuncta. ideo quod super omnia mirabilissimum est in nonissimo tempore caro hominis caro dei est effecta. quando verbum caro factum est et habitabit in nobis. quando caro que erat ex conditione insima ex assumptione quidem a verbo supra omnia est effecta ut dicit Gregorius. Est autem caro sum const. naturaliter calida et humida caloris naturalis fomentum. ossium nervorum et lacertorum cooperientium eorum defensio et frigiditatis eorum temperamentum cuius tres sunt species. Quedam enim pars muscularis nervis sive cordis est admixta et dicitur lacertus. Alia pars est inter dorum et molles temperata sic ut cartillago. tercia pars est inter hec glandulosa caro sola que maxime est in dorso et in inglemis. Caro autem que in coxam iacet parte exterior. ossium super eam quiescentium est quam culicira et necessarium fulcimentum. Caro vero dorsum interior quam exterior fuit necessaria duabus de causis. Nam medullam spondilius secundum nucham calefacit et concavitatem inter ossa replete et custodit nervos. ne ascendentes et descendentes propter vie longitudinem disrumpantur contra aeris etiam extrinsecam lesionem dorsum maxime defensio est. Caro vero inter dentes eorum servat radices. nutrit eas ut sint stabiles. Caro autem glandulosa est triplex. Que

dam humectat ut caro mamillarum et glandes sub lingua que generat salinam. ne os et lingua maxime siccitate nimia in motu intro retardetur. Alio vero pars nodosa et glandulosa. loca replet vecugae. et venarum ac nervorum sunt loca. et earum recipit superflua que residuant Tercia vero circumdat stomachum et intestina cui admiscentur nervorum et arteriarum quedam reticula motum et sensum interioribus deportantia nec illarum via fuisset tutta nisi eis esset substrata hec glandulosa. caro ut nervi et arterie super eam suauius quiescerent et ut si quod eis durum occurreret. forte mollem locum ad quem refugerent innuenirent. Hucusque constat libro. ii. ca. xiiij. Caro vero inter pinguedinem et maciem temperata laudabilis est et sanaprecipue quoniam corrupto sanguine non est intermixta vel ab eodem generata vel nutrita. quia talis caro principium est corruptionis. sicut dicit Ans. li. ii. et const. li. x. ca. xvij. Dicit etiam Aris. li. xij. quod caro nimis abundans impedit spiritus operationes. Et ideo creatio capitum non fuit ex multa carne ut esset melioris sensus et intellectus perfectioris. Item idem lib. i. Quando locus circa oculos est multe carnis maliciam designat dispositionis et astutiam et maliciam consuetudinis et male formatonis. id est defectum informatum virtutis. Unde si fuerit caro vel massa carnnea multa nimis et virtus informativa debilis monstruosas generat in corpe passiones. sic dicit ibidem. li. xvij. ut ponit exemplum de muliere. que credidit se conceperisse fetum et tandem peperit horridum carnis frustum que a medicis mola dicitur ZC. pars etiam corporis tenera est et mollis et ideo impatiens est laboris. unde dicitur lib. ii. quod pedes camelorum sunt multe carnis sicut pedes vestrum. quapropter sunt camelo sotulares de corio fortes quando debent laborare ut auferatur ab eis dolor. Nec etiam caro est sic dicit idem lib. xij. primum instrumentum sensus. nec est membrum convenienter sensum. sed nervus est organum sensus intra carnem. Et ideo caro mortua vel prescisa nihil sentit. quod ex se non habet principium sensus. sed ex nervo. Quo corrupto vel et toto opilato fit insensibilis ipsa caro ut in paraliticis. Omnes autem ques curui rostri et acuti ungues vescuntur carne. similiter et fere et earum preda est caro. propter necessitatem victimus. ut dicitur libro. xiiij. Aues autem prede que sunt paucæ carnis sunt animose et boni volatiles et acuti visus sicut ibidem dicitur. Aves autem multe pinguedinis sunt tardioris motus et volatus et pinguiiores et carnosiores sunt

in yeme q̄ in estate. q̄ pori tunc clauduntur et humores in pinguedine et carnē condensantur cum etiā rōne quietis. quia de loco ad locū minus solito tūc monent sicut dicit ylaac ī dietis De pinguedine. Capitulum.lxij.

**D**̄ Inguedo est res humida sup̄ pelliculas et loca nerno sa collacata ut dic cōst. Sāguis eī subtilis et vinctuosus pinguidinez nō cōgregat in locis calidis et sibi penetrabilib⁹. S̄ cū peruerterit ad loca naturaliter frigida ibi congelat tāndē et in pinguedinē convertit. Qd̄ fecit natura ex necessitate magna ut sc̄z nerni pellicule naturaliter sicce pinguedinis humiditate tēparerent et difficiili⁹ casu aliquo rumperent et ut ex calore in pinguedine intercluso interiora ab exteriori frigiditate aeris munirent ut dicit p̄st. li.j.ca.xij. et Aris.lib.ij. pinguedo ex sanguine indigesto in corporibus animaliū generat et maxime ppter paruitatez mor⁹. Et quanto magis angimentat pinguedo tanto diminuitur sanguis. vnd̄ in hominib⁹ valde crassis est sanguis paucus. Item li.xij. motus dissoluit pinguedinem. similiter et calor vñ in omnibus animalib⁹ renuncul⁹ extre minoris ē pinguedinis q̄z simister. et est altior. q̄ in extera parte calor natura lis fortior est q̄ in sinistra et maioris est motus. Pinguia h̄o corpora hm̄ const. et nimia adipe repleta pessima sunt et pessimis morbis appropria. q̄ naturalis calor in hm̄i corporibus sepius suffocat et via spirituū opilatōne pinguedinis intercludit et ad regimē neruor̄ et arteriar̄ spirituū influentia denegat. Et dicit ibidem q̄ omnia corpora pinguiappter supfluā humorum abundantiam in eis adunataz plixorem incurrit infirmitatē et curam tardiorez. Nam pondere pinguedinis pressa. ad nullum se mouent exercitu⁹ ut calor naturalis augeat et sic pinguedo congelata dissoluitur. vnde et calor naturalis deficit. et mors subitanea sequitur nisi forsitan occurriatur. ut dicit const.lib.xj. ca.xvi. Recollige igitur q̄ pinguedo vinctuositate sua ē ignis nutritiua. sua aerea levitate rei superficie penetrativa neruorum et iuncturaz mitigativa. defensiva et relaxativa. pellis sine cori remolliativa. pororum inferiorum opilativa. caloris naturalis cōseruatina. vacuitatis et concavitatis corporis repletiva rugarum cutis extensa venarum et arteriarum corporis compressiva. actionum anime sensus scilz et rationis impeditiua. cōplementi generatiōnis animalium tardating. Dicitur etiam in amphor̄

q̄ mulier nimis pinguis nō concipit. si nō mācessit nec mirum. quia pinguedo viaz matricis intercludit. Est etiam pinguedo humectiua. d̄ facili em̄ non siccatur vnde dicit Aris.lib.ij. q̄ brodium animalis abundantis in pinguedine nō coagulatur sicut equi et porci. Itē omne animal habens pinguedinē non separatam a carne est paucē pinguedinis in ventre et cum vētres erunt parue caro erit multe pinguedinis. Itē idem qd̄ est prope pupillam oculi in omnibus animalib⁹ est multi sepi q̄z oculus sit dur⁹ et omne animal multi sepi est pauci seminis siue sit mas siue femina et non habz sepum animal habens dentes in vtraqz mandibula ut dicit ibidem mox autem qn̄ a corpore extrahitur in aere frigido coagulatur. Est aut̄ idem hm̄ substantiā pinguedo adeps et aruina. Sed ut dicit ysi. aruina est pinguedo adherens cuti. Adeps est pinguedo intestina obuoluens et membra interius custodiens zirbus vocatur pellicula cui adheret pinguedo illa que a multis alinta dicitur. de his dicitur versus. Int⁹ adeps aruina foris. pinguedo fit vbi vis i. conuenienter pinguedo de omnibus dicitur.

De cute Capitulum.lxij.

**C**utis est prima pars ī superficie corporis animalis et est sic revata hm̄ yrido. eo q̄ corpori superposita incisionē patiatur. Cutim em̄ grece incisio dicitur latine. dicitur et pellis eo q̄ exteriores repellit a corpore iniurias vētos scilicet et pluuias solisqz proferat molestias et ardorez. pellis enim abstracta mōr̄ coriū dicitur. coriū autem diminutiae caro dicit eo q̄ caro corio tegatur ut dicit ysi. Est igitur cutis exterior corporis superficies carnem et ossa circumplexens et omnia interiora muniens atqz tegens. et hm̄ variā membrorum necessitatez nunc se contrahens nunc se extendens. Est etiā p̄ interiorum defensione varijs aeris passionib⁹ se exponens. Habet cutis naturalem tenuitatem ut dicit const. ne corp⁹ nimis occupet. habet et soliditatem ut facil⁹ qd̄ interius est contineat et exteriori lesioni obuiet et resistsat. Est autem cutis mollior in hominibus q̄ in alijs animalib⁹ et hoc propter bonitatem tactus si enim foret dura et spissa si cōste conchilium nihil sentiret. si pilosa sicut asinorum pilorum massa sensum tactus attenuaret. Unde in volis manuum subtilior est substantialiter cutis superficies q̄z in alijs partib⁹ corporis ut citius ad tactū immutaretur. Est

115

autem cutis tota porosa precipue cutis capitum propter necessariam fumoe superfluitatis expulsionem p calorem enim pori aperiuntur et ea que inter cutem et carne sunt superflua per vapores et sudores expurgantur. Cutis etiam hominis non in omnibus membris est equalis nam cutis faciei est alijs tenuior et subtilior et hoc propter sensus perfectione et decoris ostensionem. si em fieret nimis grossa rubori sanguinis peruria non esset. si minus spissa operatio sensuum qui vigent in facie non pueniret. Sic autem coniungitur cutis cum suppositis q de facili excoxiari no potest et potissimum in volvum plantis pedum in quibus adharet nervis cordis et lacertis ut dicit const. dicit autem Aristoteles libro iij. q fm colorum corum variantur colores vnguum et solearum et pilorum in animalibus. q si nigra fuerit cutis et pdicta erunt nigra et si alba. alba. et omne animal babens sanguinem habet corium et corium abscisum caret sensu. et habet hoc proprium corium q cum fuerit in aliquo loco carente carne non recrescit abscisum nec consolidatur ut p in perpetuo et in extremis palpebrarum. Item libro xix. cutis in quibusdam animalibus est rara. in quibusdam spissa fm dominum humoris grossi vel tenuis. Unde et pili grossi generantur ex cute grossa et tenuis ex tenui. Itē in senectute cutis grossescit et indurescit contrahit et corrugatur apud senectutem propter defectum caloris et consumptionem humoris naturalis et tunc immutatur species. Patitur autem cutis sicut et alia membra quandoqz ex causa extrinseca sicut ex vulnere discontinuatōne. ex calore existionem ex frigore palorem vel luorem seu qualemcumqz discolo rationem. quandoqz ex causa intrinseca sicut ex consumptōe humiditatis substantialis corrugationez ut in senibus. quandoqz ex humoris infectōne ut in morpheam et in lepram patientibus. nam natura materiam infectaz expellit ab interioribz vsqz ad cutem que sub cute manens ipsaz immutat et superinducit infectionem aliquando. quandoqz squamositatez. quandoqz pruiginem et impetuiginem quandoqz cutis excursionez et multiplicem aliam passionem. Delles autem animalium infinitis vsibus hominum accommodatur ut vestiture armature. scripture. caligature et huiusmodi que longum esset enarrare. et vix inuenitur animal aliquod cui? pellicula alicui usui hominum non sit apta. s hec dicta iam sufficient et cetera.

De pilis.

Capitulum. lxxv.

**D**ilus de pelle de qua exit est dictus ut dicit ysid. nascuntur autem pili ex fumo calido et sicco ut dicit const. subtilitas enim fumi dum egreditur per poros exteriori aere exsiccatur et duz mollices exterioris fumi exit. exente aer et non se dividenter exsiccatur et in naturam pili convertit. Sunt autem pili inuamentuz corporis pariter et ornamentuz ut dicit const. li. ij. et vlti. dicit Arisli. ij. q pili non crescunt nisi in corporibus animaliū generantium animalia. Variantur autem pili fm varietatez corum animalis in quo crescunt ut dicitur li. xix. nam animalia grosse cutis grossum habent pilū et hoc accedit propter multitudinez terrestris partis et viarum line pororum amplitudinem et cauz cutis fuerit continua et spissa erunt pili multum tennes et subtilez propter structurā viarum et quando humor fumosus qui est in cute fuerit velocis siccitatē non erunt pili magni neqz loqui et cum fuerint grossi et pingues erunt econtrario et propter hoc elongantur capitibus pili hominis valde. quia ille humor pinguis ē nec defacili desiccatur et ideo habitantes in regione humida humidam habentes complexionē leues habent pilos et molles sicut illi qui morātur in tracia et econuerso. duros habent et crisplos pilos qui calidam et siccām inhabitāt regionem preterim si consimilem habuerūt complexionem. nam ex calore corrugantur et obolumuntur sicut ibidem dicitur et efficiuntur pili crisi in nascendo de cute quia per duas vias contrarias egrediuntur pars enim terrestris sumi calidi et siccō egredientis mouetur inferius. pars autē calidi mouetur superius et sic inuoluuntur pili et efficiuntur crisi et quando senescunt animalia habentia pilos indurantur plume animalium et hoc propter paucitatem humoris. Itē ibidem dicitur cum crastratur homo non crescunt in eo vltierius pili et hoc propter paucitatem humoris et hoc est propter calorū et humoris in membris principalibus diminutōes. Item pili quandoqz diversificantur ex causa extrinseca. nam vt dicitur ibidem. xix. aque calide faciunt pilos albos. nigros frigide et causa illius ē quia i aquis calidis est spiritus plus qz in frigidis et ideo cum aer calefacit ex eo efficitur albedo sicut in spuma contingit videre. ista autem mutatio accidentaliter prouenit in pilis sicut in capillis sed no semper ex aqua frigide vel calide alteratione.

De capillis.

Capituluz.levj.

**C**apilli dicuntur quasi capitis pili ut dicit ysido. ad hoc facti ut decorum presentent et cerebrum acuersus frigus munitant et defendent capillature autem incisio cesaries dicit a cedēdo. Virum enim tondere decet et non mulierē. Come autem sunt capilli non scissi et est grec⁹ sermo. Nam comam tondere dicitur. Crines autem proprie mulierum sunt et dicuntur crines eo q̄ vittis discriminantur et dividuntur: vnde et discriminalia dicuntur vitte quibus capilli divisisi recolliguntur. hucusq; ysi. h̄m cōst. autem capillus ex fumo grosso et calido nascit⁹ qui ex calidis igneis et intensiis humoribus per poros capitinis egreditur et ab aere extrinseco desiccatur et sic in substantiam capilli convertitur. hoc humore crescente crescunt capilli utpote ab ipso generati et nutriti hui⁹ fumi materiam qui perdidit capillos pdit et amittit. pro qualitate igitur fumi erunt et capilli q̄ si fumus niger et capilli nigri et si multus fuerit fumus multi erunt capilli et si pauc⁹ pauci qui fumus si omnino defuerit pereunt penitus capilli et fit calvus cuz vltterius nō possunt recrescere vltterius non subueniunt medicine. si autem fumus talis non deficit sed illum poti⁹ ali⁹ humor⁹ inficit aut impediret. Caluicies non ē proprie sed infirmitas quedam specialis q̄ allopicia a medicis nūcupatur et qua infirmitate corrupto capillorum nutrimento cadit capilli et nudata parte capitinis anterioris capitinis superficies deturpatur. Tales enim more vulpium qui ex calefactione immoderata patiuntur. pilorum casum casualem pilorum fluxum partuntur. allopes enim grece vulpes dicitur latine. alias autē capillorum passiones et causas quere infra in tractatu de infirmitate et de casu et vicijs capillorum. De canicie autem et causa eius quere ibidem. quere etiam supra in tractatu de capite ubi capillorū inuenies dispositionem naturas et diversitates et complexiones h̄m Gal. baly. et y poc. tamen d̄ canicie bic nota q̄ h̄m const. et alios auctores canicies accidit ex humoris nutrimentalis capillorū nimia infrigidatione nam dominum fleumatis frigidi et humili est canicie generatinū. ex fumo enim albo et frigido albi efficiuntur tazpili q̄ capilli. Capilli autem temporum h̄m aris. citius canescunt q̄ alij crines et hoc propter humoris paucitatem et ossium ibi existentium

predominantem frigiditatem. canicies igitur vite et etatis designant maturitatem et extinctionem libidinis et viorum puerilium mortificationē vite presentis. et future instantis necessariam nouitatem. caluicies est primitio capillorum sive amissio ex defectu fumi humili interiori parte capitis proueniens ut dicit constantinus. Fit autem aliquando propter abstinentiam cibi et defectum fumi humili qui est materia capillorum h̄m Aris. libro tercio. capilli in frequenter coeuntibus paulatim caluicem inducunt et si ante iuuentutē fluxerunt iterum oriuntur. post iuuentutē no fluentes iterum non recrescent. Desfluunt autem et deficiunt in parte anteriori capitis et tunc talis fluxus capillorum dicitur proprie caluicies. et solet accidere vel propter nimiam cutis raritatem et propter humorum paucitatem. ab occipite non recedunt neq; caluescunt propter cutis spissitudinem et pororum densitatē et propter humoris ibi existentis viscositatem ex quo capilli habent vegetari ut dicit Galienus sup amphorismos. Unde ibidem etiā dicitur q̄ peri et etiam mulieres non caluescunt et hoc propter abundantiam humiditatis in capitibus eorum similiter nec castrati et hoc propter alterationem sive complexionis et dominantem frigiditatis qualitatem que poros cutis capitinis constringit et fumum coadunando evaporare non permittit. Alij tamen pili in mulieribus et in castratis desfluunt. ut dicit Aristotle's libro decimonono. Capilli ergo caput custodiunt. honestant defendunt. quibus si caruerit h̄o. magis reputatur dishonestus. Accidit autem etiā iste defectus prope iuuentutem et maxime etiā circa senectutem ex causis supradictis z.

Explicit liber quintus.